1153. An. octonarium cum synizesi in caesura (*tuom*) agnoverunt Vossius, Goetzius, Spengelius, Goetzius-Schoellius, septenarium constituit Muellerus, *Add.*, p. 55, *tace* pro *taceas* corrigens.
Cas. 222 seq. Anapaestos agnoverunt Hermannus, *Elementa*, p. 413, Spengelius, *Reform.*, p. 356, Schoellius, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, Goetzius-Schoellius.

Fel quód amarumst, id mél faciet, hominem éx tristi lepidum [ét lenem.
Hanc égo de me conjécturam domi fácio magis quam ex aúditis.
Qui quom ámo, casiam magis ínjicio: mundítiis Munditiam [ántideo.
Myropólas omnis sóllicito: ubiquómquest lepidum unguéntum [unguor,
Ut illí placeam et placeo út videor. Sed uxór me excruciat quía [vivit.
Tristem ástare aspició. Blande hæc mihi mála res appellándast.

CASINA, 719-722, 726-728.

Eo núnciam, nisi quíppiam remoráre me. Abi et cúra.
719 Redit éccum tandem opsónatu meus ádjutor : pompám ducit.
Vide, fúr, ut sentis súb signis ducás. Qui vero hi súnt sentis?
Quia quód tetigere, ilicó rapiunt: si eás ereptum, ilicó scindunt.
Ita quóquo adveniunt, úbi ubi sunt, duplicí damno dominós [multant.
Heia. 'Attat cesso mágnufice patricéque amicirier átque | ||
Ita eró meo ire advórsum. | ||
Bone vír, salve. Fateór. Quid fit? Tu amás, ego essurio || et sítio. |
726 Lepide éxcuratus incéssisti. Aha, hódie || te nolo: <áma so>-[lus. |
Mane véro, quamquam fástidis. Fy fy, foetet tuos míhi [sermo. | ||

225. *Quom* Bothius, Reizius, Sch., *quam* BEJ, G.-Sch., *postquam* F, Herm., Muell., *Plaut. Pros.*, p. 156, Speng. *Casiam* B, Sch. *Casinam* ceteri libri, Herm., Muell.. Speng., G.-Sch. *Inicio* BJ, Sch., *initio* VEF, *me nitido* Seyffertus, *Philol.*, vol. XXXVII, p. 445, *multo* vel *nimio* Speng. Schoellius in duplici sensu *Casi(n)ae* et *casiae* (unguenti) ludi putat. *Munditiam antideo* Camerarius, *mundicianti deo* libri.

Cas. 719-722, anapaesticos octonarios discripserunt Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius. V. 720-724 octo dimetros dispescuit Hermannus, *Elementa*, p. 390.

720. *Quid vero hi* A, *qui vero* P, Herm., Speng., *qui vero hi* Sch. G.-Sch.

726. Post *hodie* lacuna est in P. Schoellius octonarium restituit, A duce qui .ENOLO LUS habet, *te nolo ama solus* supplens. Dimetrum (*Lepide-hodie*) constituit Hermannus, octonarium Spengelius priorem versus 727 dimetrum cum priore versus 726 dimetro jungens. *Incessisti* libri cum A, Speng., *incesti* Herm., *cessisti* Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 417, Sch., G.-Sch.

727. *Fy fy* Speng., G.-Sch., *ey ey* P, *hei hei* F, Herm., ...*pol* A, *fufae*

Quae rés? Haec res. Etiámne adstas? Enim véro πράγματά ||
[μοι παρέχεις. |

Dábo tibi |
μέγα κακόν, |
'Ut ego opinor, nísi resistis.

CASINA, 879-881.

Sed ego ínsipiens nova núnc facio, pudet quém prius non puditum
[úmquamst.

879 Operám date dum mea fácta itero: est operaé pretium auribus
[áccipere:
Ita rídicula auditu íteratu ea súnt quae ego intus túrbavi.
Ubi intro hánc novam nuptam déduxi, rectá via in conclave áb-
[duxi.

Sed tám tenebrae ibi erant quam ín puteo: dum sénex abest,
[decumbe, ínquam.

CISTELLARIA, 225-228.

Neque nísi quia miser non eó pessum, mi ulla ábest || perdito pernícies.

225-226 Ita páter apud villam détinuit me hos diés sex || ruri cónti-
[nuos,
227-228 Neque lícitum intereast méam amicam visere. || Éstne hoc
[miserum mémoratu?

* * * *

CISTELLARIA, 678-679.

Quamne ín manibus tenui átque accepi hic ánte aedis cistéllam, ||
Ubi sít nescio, nisi ea, út opinor, || loca círciter excidit haéc mi. ||

Sch. An. octonarium discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, Klotzius, duos dimetros Hermannus; alterum versus 727 dimetrum cum priore versus 728 dimetro junxit Spengelius.

723. Sic an. octonarium discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, Klotzius; duos dimetros dispescuit Hermannus, alterum dimetrum cum sequenti versu junxit Spengelius, an. octonarium restituens.

879 seq. Cf. supra, p. 7. *Pretium* A, om. P. *Accipere* AVESJF, *percipere* B.

880 *Turbavi* A, *tu* P.

881. *Recta via in conclave* A, Ussingius, Sch., G.-Sch., *via recta....* *clavem* P, *recta in cubiculum*, *clavem* Speng.

Cist. 225 seq. Cf. supra, p. 7.

Cist. 678. An. octonarium discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 235, an. septenarium Schoellius, Goetzius-Schoellius. Post *spectatores* caesura justior quam post *facite* videtur. <o> *mi homines* Speng. De hiatu ante *h* admisso, vide infra. *Vidit* B², *videt* P.

678 Mi hómines, mi spectátores, facite índicium si quís vidit, ||
Quis eam ábstulerit, quis ~~sústulerit et utrum hác~~ || ~~an illac~~ íter [ínstiterit. ||
Non súm scitiór quae hos rogem aút quae fatígem.

CISTELLARIA, 698-700.

Certe éccam : locum signát ubi ea éxcidit : appáret.
698 Sed is hác iit: hac soccí video vestígium in pulvere: pérsequar [hac.
In hoc jám loco cum altero cónstitit. Hic meis túrba oculis [modo se óbjecit.
Neque prórsum iit hac : hic stétit, hinc illuc éxiit. Hic || concí-[lium fuit. ||
Ad duós attinet : liquidúmst. Attat singulúm video vestígium.

CURCULIO, 126-131.

Nam tíbi amantes propínantes vinúm potantes dánt omnes. ||
Mi haud saépe eveniunt
Talés hereditátes. ||
126-127 Hoc víde ut ingurgitat ínpura in se mérum avariter faucíbus [plenis.
Perii hércle: huic quid primúm dicam nescío. Em istuc quod [míhi dixti.
Ah. Quíd est? Ecquid lubet? Lúbet. Etiam mihi quóque stimulo [foderé lubet te.
Tace, nóli. Taceo <equidem> : écce autem bibit árcus: pluet, [credo, hércle hodie.
Jamne égo huic dico? Quid díces? Me periísse. Age dice. Anus aúdi.

Cist. 679. An. octonarium discripserunt Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Quis sustulerit* corr. Bothius, *quisve sustulerit* libri.
Cist. 698-700. An. octonarios discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 72, Spengelius, *Reform.*, p. 366, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Concilium fuit* libri, *fuit concilium* Muell., Speng., Sch.
Curc. 126-131. Anapaestos agnoverunt Studemundus, *De Canticis*, p. 89, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 120, Spengelius. *Reform.*, p. 367, Goetzius, Goetzius-Schoellius; trochaicos septenarios et octonarios discribebat Fleckeisenus, de quibus vide Spengel, *l. l.*, p. 175. V. 128-129 post v. 130, 131 trajecerunt Fleckeisenus, Goetzius, inclusit Spengelius, *Reform.*, p. 367; traditum ordinem servaverunt Goetzius-Schoellius.
128. Hiatum post *nescio* in mutatione personae admisit Goetzius. *Dix<is>ti* corr. Spengelius.
Tace, noli. Taceo libri, Spengelius olim, *Philol.*, vol. XXVI, p. 354

CURCULIO, 138-139.

Phaedróme mi, amabo, né plora.

138 Tu mé curato né sitiam, ego tíbi quod amas jam huc ádducam.
Tibi ne égo, si fidem servás mecum, vineám pro aurea statuá
[statuam.

Quae tuó gutturi sit mónumentum.

PERSA, 168-170, 172-174.

Me esse éffecturum hodié. Nimis longúm loquor.

168 Satis fúit indoctae, ínmemori insípienti dicére totiens.
Nimis tándem me quidem pró barda et pro rústica reor ha-
[bitam ésse aps te.
170 Quamquam égo vinum bibo, at mándata non cónsuevi simul ||
[bíbere una. |

Me quídem jam satis tibi spéctatam || censébam esse et meos
[móres. | ||

172 Nam equidém te jam sectór quintum hunc ánnum quom in-
[tereá, credo,

seq., *tace, nihili taceo* Studemundus, *tace*, <*tace*>, *noli*. *Taceo* Muellerus, *tace*, *nolo* <*istaec*>. *Taceo* Goetzius, <*st*>, *tace*, *noli*. *Taceo* Spengelius, *tace*, *noli*: *Taceo* <*equidem*> propono. Cf. Curc. 156. *Equidem* ante *ecce autem* ob litterarum similitudinem facile omitti potuit. Septenarium quem Spengelius olim admittebat, ferri non posse animadvertit Muellerus quod ultima prioris hemistichii arsis disyllaba sit.

Curc. 138 seq. Anapaestos agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 49, 111, 120, Spengelius, *Reform.*, p. 161, Goetzius, Goetzius-Schoellius; trochaeos restituebant Hermannus, Fleckeisenus.

Persa 168 seq. Anapaestos agnoverunt Ritschelius, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 87 adn., Spengelius, *Reform.*, p. 386 seq., Schoellius, Klotzius, *Grundz.*, p. 406, Goetzius-Schoellius, alii.

168. Octonarium discripserunt Muellerus, Klotzius, Goetzius-Schoellius, septenarium Ritschelius, Spengelius, Schoellius. *Satis fuit* P, Seyffertus, G.-Sch., *satist fuit* A, *satius fuit* Bothius, Ritsch., Muell., Speng., quod refutavit Ussingius, <*st*> *satis fuit* Sch.

169. Octonarium discripserunt Muellerus, Spengelius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, septenarium Ritschelius, Schoellius. *Pro rustica* libri cum A et Nonio, Speng., G.-Sch., *rustica* Muell., *rulla* Usenerus, *blenna* Ritsch.

170. Octonarium discripserunt Muellerus, Spengelius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, septenarium Ritschelius, Schoellius. *Non* libri, Muell., Speng., G.-Sch., *hau* Ritsch., Sch.

172. Octonarium discripserunt Muellerus, Spengelius, Klotzius, septenarium Ritschelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Te jam* P, *jam te* A. *Interea* A, Ritsch., Sch., G.-Sch., *interiam* P, *interea jam* Camerarius, Muell., Speng.

Ovis si ín ludum iret pótuisset jam fíeri ut probe litterás [sciret,
Quom interím tu meum ingeniúm fans atque infáns nondum etiam edídicisti. | ||

Potin út taceas? Potin né moneas? |
Memini ét scio et calleo et cómmemini. | ||

PERSA, 499-500.

Nam ex Pérsia sunt istae állatae mi a méo ero || Quando? Haud dúdum. |

499 Quid istaé narrant? Percóntare ex ipsís : || ipsae tibi nárra- [bunt. |
Cedo sáne mihi. At claré recita. || Tace dúm pellego. | Hau [verbúm faciam. | ||

Salútem dicit Tóxilo Timárchides.

PERSA, 753-757.

Sequere hác, mea gnata, me úsque ad praetorém. Sequor.

753 Hostibús victis, civibús salvis, re plácida pacibus pérfectis,
Bello éxtincto, re béne gesta, integro éxercitu et praésidiis,
Quom béne nos, Juppiter, júvisti dique álii omnis coelípo- [tentes,
Eas vóbis habeo grátes atque ago, quía probe sum últus meum [ínimicum.

173. Octonarium discripserunt Muellerus, Spengelius, Klotzius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, septenarium Ritschelius *jam* delens. *Ovis* Bergkius, *quis* A, *cuis* B, *cujus* CDF.

174. Octonarium discripserunt Muellerus, Spengelius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, septenarium Ritschelius, Schoellius. *Quom interim* libri cum A, Muell., Speng., G.-Sch., *quom* Ritsch., *tamen* Sch.

Pers. 499. An. octonarium discripserunt Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Ritschelius.

Pers 500. An. octonarium constituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 419, Spengelius, Goetzius-Schoellius, bacch. hexametrum Ritschelius, bacch. tetrametros duos Schoellius. *Mihi* libri cum A, Sch., G.-Sch., *mi* Ritsch., Speng., del. Muell. *Recita* Speng., G.-Sch., *recitato* AP, Muell., Ritsch., *reccitato* Sch. Post *pellego* in fine versus A *recita* addit quod in P deest et del. Muell., Speng., G.-Sch.; *reccita* Sch.

Pers. 753-757. An. octonarios discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 99, Spengelius, *Reform.*, p. 155, Schoellius, itemque excepto v. 754 Goetzius-Schoellius. V. 753-756 troch. octonarios esse putabat Ritschelius.

Pers. 754. *Exercitu* libri, G.-Sch., <*toto*> *exercitu* Muell., <*et*> *exercitu* Speng., *exercitu* <*et equis*> Sch. De hiatu post ablativum admisso vide infra.

Nunc ób eam rem inter párticipes dividám praedam et partí-
[cipabo.

'Ite foras : híc volo ante óstium et jánuam

PERSA, 762-767.

Quorum ópera haec mihi facilía factu facta súnt quae volui effíeri.

762 Nam impróbus est homo qui béneficium scit áccipere et reddére
nescit.
Toxíle mi, cur ego síne te sum? Cur tu aútem sine me's?
['Agedum ergo :
Accéde ad me atque ampléctere sis. Ego véro. Oh nihil hoc
[mágis dulcest.
Sed amábo, oculus meus, quín lectis nos áctutum commén-
[damus?
Omnía quae tu vis, éa cupio. Mutúa fiunt a me. 'Age, age ergo.
Tu, Ságaristio, accumbe ín summo. Ego níl moror : cedo
[parem quém pepigi.

Temperí. Mihi istuc temperí serost. Hoc áge, accumbe. Hunc diem
[suávem

PERSA, 780-782, 785-793, 795-796.

Solús ego omnibus antídeo, facile misérrumus hominum ut vívam.

780 Perii, ínterii : pessúmus hic mi dies hódie inluxit córruptor :
Ita mé Toxilus perfábricavit itaqué meam rem divéxavit.
Vehiculum árgenti miser éjeci, amisí neque quam ob rem ejéci
[habeo.

Qui illúm Persam atque omnís Persas atque étiam omnis persónas
Male di ómnes perdant: íta misero Toxílus haec mihi concívit.

Pers. 757. *Dicidam* libri, Muell., Speng., G.-Sch., *didam* Hauptius, Sch.

Pers. 762 seq. Anapaestos agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 99, Spengelius, *Reform.*, p. 157, Schoellius, Goetzius-Schoellius; troch. octonarios constituebat Ritschelius.

Pers. 765. *Lectis* Camerarius, *in lectis* libri.

Pers. 766. *Age age* F, Muell., Speng., Sch., *age age age* BCD, G.-Sch.

Pers. 780 seq. Cf. supra, p. 15.

Pers. 782. *Vehiculum* libri, *vehiclum* Bothius, Ritsch., Speng., Sch., G.-Sch. *Ejeci amisi* libri, Klotzius, *Grundz.*, p. 198 adn., G.-Sch., *ejeci* Acidalius, Ritsch., Speng., *ejeci jam* Sch. *Quam ob rem ejeci* libri, Sch., G.-Sch., *quam ob rem <jam>* Ritsch., *<rem> quam ob rem ejeci* Speng.

785 Quia eí fidem non habui árgenti, eo míhi eas machinas mólitust.
Quem pól ego ut non in crúciatum atque in cómpedes cogam, sí [vivam,
Si quídem huc umquam erus redierít ejus, quod spéro. Sed quid [ego áspicio?
Hoc víde : quae haec fabulast? Híc quidem pol potánt : adgrediar : ó bone vir,
789-790 Salvéto, et tu, bona líberta. Dordálus hic quidemst. Quin [júbe adire.
Adi, sí lubet. Agite adplaúdamus. Dordále, homo lepidissúme, [salve.
Locus híc tuos est : hic áccumbe. Ferte áquam pedibus. Praebén, [puere?
Ne sís me uno digito áttigeris: ne te ád terram, scelus, ádfligam.

At tíbi ego hoc continuó cyatho
Oculum éxcutiam tuom.

795 Quid aís, crux, stimulorúm tritor? Quo módo me hodie vorsávisti?
Ut me ín tricas conjécisti? Quo módo de Persa mánus mi [aditast? ||

Jurgium hínc auferas, si sápias.

Persa, 843-848.

Pól bene facta túa me hortantur, túo ut imperio páream.

843 Graphicé hunc volo ludíficari. Meo ego ín loco sedulo cúrabo.

Pers. 785 seq. Trochaicos fecit Ritschelius, anapaesticam mensuram agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 38, 111, Spengelius, *Reform.*, p. 158 seq., Klotzius, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

786. *Ut non* libri, Muell., Speng., Sch., G.-Sch., *ut hominem* Ritsch. *Atque in* libri, Muell., Speng., Sch., G.-Sch., *ac* Bothius, *in* Reizius.

787. *Redierit ejus* libri, Muell., Speng., G.-Sch., *ejus redierit* Weisius, Reizius, Sch.

788. *Hic quidem pol* Muell., Speng., Sch., *pol hic quidem* libri, G.-Sch.

789-790. Octonarium B duce discripserunt Muellerus, Spengelius, Goetzius-Schoellius, dimetros dispescuit Schoellius.

792. *Tuus est* libri, *tuos est* Muell., p. 90, Speng., *tuost* Sch., G.-Sch. *Ferte* libri, Muell., *fer* Guyetus, Bothius, Ritsch., Speng., *adferte* Sch. *Puere* Muell., Speng., *tu puere* libri, Sch.

796. *Aditast* Camerarius, Muell., Speng., Sch., G.-Sch., *additast* libri, Klotzius, *Grundz.*, p. 284.

Persa 843-847. Anapaestos agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 117, Spengelius, *Reform.*, p. 392, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

843. *Graphice* libri veteres Lambini et codex Scaligeri, ... *hice* B (post quinque fere litterarum lacunam), *pergraphice* Speng., Sch., *age graphice* Muell.

Certo ílli homines mihi néscio quid mali cónsulunt quod faciánt.
[Heus vos.
Quid aís? Hicine Dordalus ést leno, qui hic líberas virgines
[mércatur.
Hicinést qui fuit quondám fortis? Quae haec rés est? Ei, colaphó
[me icit.
Malum vóbis dabo. At tibi nós dedimus dabimúsque etiam. Ei,
[natis pérvellit.
848 Licet. Jám diu saepe sunt éxpunctae. Loquere étiam tu, frus-
[túm pueri?
Patróne mi, i intro amábo
Ad cénam. Mea ignávia tu núnc me inrides?

Poenulus, 1174-1178, 1182-1183, 1187-1188, 1189 b-1190.

Abdúce intro : nos hásce hic praestolábimur.

1174 Fuit hódie operae pretiúm cuivis qui amábilitati animum ád-
[jiceret
Oculís epulas dare, délubrum qui hodie órnatum eo visére venit.
Deamávi ecastor ílli hodie lepidíssuma munera méretricum,
Digna díva venustissumá Venere, neque cóntempsi ejus opés
[hodie :
Tanta íbi copia venustátum aderat in suó quique loco síta
[munde : | ||
Arabíus murrinus omnís odor | ||
Complébat: haud sordére visust | ||
Festús dies, Venus, nec tuóm fanum : tantús ibi clientarum érat nume-
[rus | ||
Quae ad Cálydoniam veneránt Venerem. Certo énim quod quidem
[ad nós duas | ||

Pers. 845. *Hicine Dordalus est* libri, *hicinest Dordalus* Muell., p. 410, Speng., *hicin Dordalus est* Sch., G.-Sch.
Pers. 848. An. octonarium constituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 117, Spengelius, *Reform.*, p. 392. Post *licet* lacunam statuerunt Seyffertus, Schoellius, e reliquo versu troch. octonarium facientes. *Saepe sunt* libri, Muell., Sch., *sunt saepe* Speng. *Loquere etiam tu* (vel *loqueris tu etiam*) Speng., *loquere tu etiam* libri, Sch., *loquerin tu etiam* Muell.
Poen. 1174 seq. Anapaestos agnoverunt Spengelius, *Reform.*, p. 394, Goetzius-Loewius, Goetzius-Schoellius.
1176. *Ecastor illi hodie* Muell., p. 47, G.-L., *ecastor illic eo hodie* **A**, *ecastor illic ego hodie* P, *ecastor hodie ego illic* Speng.
1177. *Dica* libri cum A, Speng., *dea* Guyetus, Ritsch., G.-L.

1182 Attínuit, praepotentés pulcrae pacísque potentes, sóror, fui-
[mus | ||
Neque ab júventute ibi inridículo habitae quod pól [soror] ceteris
[omnibús factumst. | ||

Malim ístuc aliis vídeatur quam ut tú te, soror, conlaúdes.
Spero équidem. Et pol ego, quom íngenuis quibus súmus atque aliae
[gnósco,
Eo súmus gnatae genere út deceat nos ésse a culpa cástas.

1187 Juppitér qui genus colis álisque hominum, per quém vivimus
[vitálem aevom,
Quem pénes spes vitae súnt hominum omniúm, da diem hunc
[sospitém quaeso | ||

Rebús meis agundis,

1189 b Ut quíbus annos multós carui quasque é patria | || perdidí
[parvas
Dederís libertatem, ínvictae praemíum ut | esse sciam píe-
[tati. | ||

Omnía faciet Juppitér faxo. Nam míhi est obnoxius ét me |
Metuít. || Tace quaeso. | ||
Ne lácruma, patrue.

Pseudolus, 165-167.

Vórsa sparsa, térsa strata, laúta structaque ómnia ut sint.

165 Nam mi hódie natalís dies est : decet éum omnis vos concéle-
[brare.

1182-1183. Sic discripsit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 145; octonarium et dimetrum constituerunt Spengelius, Goetzius-Loewius, octonarium et octonarium hypercatalectum Goetzius-Schoellius. *Praepotentes pulcrae (pulchrae) pacisque potentes* AP, Muell., G.-Sch., *pulcrae pacisque potes* Speng., *Reform.*, p. 53, *pulcrae praepollentesque* G.-L. *Soror fuimus* AP, Muell., G.-L., G.-Sch., *fuimus* Speng. *Neque ab juventute* AP, Muell., Speng., G.-Sch., *neque* G.-L. *Pol* Muell., Speng., G.-L., *pol soror* AP, G.-Sch. [*Soror*] sane e v. 1182 huc irrepsit.

1188. *Omnium* ACD, Muell., p. 320, G.-Sch., om. B, Speng., G.-L. *Sospitem quaeso* P, Muell., G.-Sch., *sospitem* A, Speng. (*rebus agundis* e v. 1189 asciscens), <*hodie*> *sospitem quaeso* G.-L.

1189 b. *Ut quibus* AP, G.-Sch., *et quibus* F, Speng. *E patria* Camerarius, *patria* AP. V. 1189 a in A et B versui 1189 b adhaesit cujus, quom longior esset, ultima verba in v. 1190 collocata sunt.

1190. *Dederis libertatem* A teste Studemundo, *redde is* <*his*> *ubertatem* P, *redde is libertatem* Speng., *redde has* Muell., p. 232, *redde* Ussingius, Gz. *Sciant* A, *sciam* P.

Pseud. 165 seq. Anapaestos agnoverunt Studemundus, *De Canticis*, p. 55, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 100, Spengelius, *Reform.*, p. 168, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Pernám, callum, glandiúm, sumen facito in aqua jaceant. Sátin
[audis?
Magnífice volo me víros summos accípere ut mihi rem essé
[reantur.

'Intro abite atque haéc celerate, né mora quae sit, cócus quom
[veniat.

PSEUDOLUS, 174-175, 177-180, 182-183.

Vós quae in munditiís, mollitiis déliciisque aetátulam agitis

174 Viris cúm summis, inclútae amicae, nunc égo scibo atque hodie
[éxperiar,
Quae cápiti, quae ventri óperam det, quaeque suaé rei, quae
[somnó studeat.

Quam líbertam fore míhi credam et quam vénalem hodie expériar.

177 Facite hódie ut mihi munéra multa huc áb amatoribus cónve-
[niant.
Nam nísi mihi penus annúos hodie convenít, cras poplo pros-
[títuam vos.
Natálem scitis mi ésse diem hunc. Ubi istí sunt quibus vos
[óculi estis,
Quibus vítae, quibus delíciae estis, quibus sávia, mamillae
[méllitae?

Manipulátim mihi munérigeruli facite ánte aedis jam hic ádsint.

182 Cur égo vestem, aurum atque éa quibus est vobís usus praehi-
[beó? Quid mi | ||

167. *Viros summos* traj. Bothius, *summos viros* P.

Pseud. 174 seq. Anapaestos agnoverunt Studemundus, *l. l.*, Muellerus, *l. l.*, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

175. *Quaeque suae* libri, G.-Sch., *quae suae* Bothius, Muell., Speng., Gz.

177. Octonarium constituerunt Muellerus, Klotzius, *Grundz.*, p. 284, septenarium Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, admisso dactylo *amátŏrĭbŭs* in sexto pede.

178. *Nisi mihi* A, Gz., G.-Sch., *nisi* P, Muell., Speng. *Poplo* G.-Sch., *populo* libri, Muell., Speng., Gz. Octonarium hypercatalectum constituit Goetzius, octonarium caesura carentem Muellerus Spengeliusque. Goetzii-Schoellii discriptio vera videtur.

180. *Mellitae* A teste Studemundo, P, Muell., Speng., *mellillae* A teste Loewio, Gz., G.-Sch.

Pseud. 182. *Ego* libri, Muell., Gz., G.-Sch., *ergo* Z, Speng. *Usus* A, *usui* P. *Quid mi* Stud., Muell., Gz., G.-Sch., *aut quid mihi A*, *quid*

Domi nísi malum vostra operást hodie, inprobaé? Vini modo
[cúpidae estis.

Eo vós vostros panticés adeo madefácitis quom ego sim hic síccus.

PSEUDOLUS, 574-575.

Tibícen vos intéribi hic delectáverit.

574 Pro Júppiter, ut mihi quícquid ago lepide ómnia prospereque
[éveniunt:
Neque quód dubitem neque quód tímeam meo in péctore con-
[ditumst cónsilium.

Nam éa stultitiast, fácinus magnum tímido cordi crédere.

PSEUDOLUS, 586-588.

Núnc inimicum ego húnc communem meum átque vostrorum
[ómnium
Bállionem exbállistabo lépide. Date operám modo.

586 Atque húc meas legionés ducam : || facilem égo hanc rem
[meis civibús faciam. | ||
Post ád hoc oppidum vetus cóntinuo meum exércitum protinus
[óbducam. | ||

mihi P, Speng., haec verba in v. 183 asciscens. Octonarium libris ducibus discripserunt Muellerus, Goetzius, Goetzius-Schoellius, septenarium (*-praehibeo*) Spengelius.

183. Octonarium admisso hiatu in caesura discripserunt Muellerus, Goetzius, Goetzius-Schoellius, octonarium hypercatalectum ascito *quid mihi* dubitanter constituit Spengelius. *Vini* Beroaldus, *vino* libri, Nonius.

Pseud. 574-575. An. octonarios agnoverunt Bergkius, *Opusc.*, vol. I, p. 107, Fleckeisenus, Spengelius, *Reform.*, p. 176, 400, Christius, *Metr.*, p. 660, Goetzius, Klotzius, *Grundz.*, p. 541, Goetzius-Schoellius.

Pseud. 586. *Atque huc mea........d.... si expugno* A (inter *mea* et *d* spatium est circ. novem litterarum teste Studemundi apographo), *atque ut hoc meas legiones adducam si hoc expugno* libri praeter A, *huc meas legiones adducam* Goetzius, *si hoc expugno* in v. 587 collocato, ⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ *si expugno* Speng., *Ref.*, p. 401; Christius *Metr.*, p. 660, primas versus voces *atque... ducam* partim delet, partim versui 587 immiscet, quem ante v. 586 collocat, e ceteris autem trochaicum septenarium facit, *civibus faciam meis* trajiciens. *Si expugno* delendum videtur, quo sublato optimus fit octonarius.

587. *Hoc oppidum* Speng., *Ref.*, p. 401, *oppidum hoc* libri cum A, Ritsch., Gz. *Meum exercitum* A, Speng., *mecum exercitum* libri praeter A, Gz. *Protinus obducam* libri praeter A, Gz., *proti* | A (*-nus abducam* omisso), *protinus producam* Speng. Trochaicum octonarium et an. dimetrum facit Goetzius, ascito *si hoc expugno*, troch. septenarium restituit Christius, *l. l.*, an. octonarium jure constituit Spengelius.

588 Inde me ét simul participés omnis meos praéda onerabo atque
[ópplebo. | ||
Metum ét fugam perduéllibus meis me út sciant natum. | ||

PSEUDOLUS, 595-598.

Lubet scíre quid hic veniát cum machaera et hic quám rem agat,
[hinc dabo insídias.
Hi lóci sunt atque hae régiones quae mi áb ero sunt demóns-
[tratae,
Ut ego óculis rationém capio, quom mi ita dixit erus méus miles :
Septumás esse aedis á porta, ubi ille hábitet leno quoí jussit
Sumbolúm me ferre et hoc árgentum. Nimis vélim certum | ||
[qui id míhi faciat,
Ballió leno ubi hic hábitat. | ||

PSEUDOLUS, 905-907 (quarti actus initium), 910-912.

Profécto ne quis quícquam credat Pseúdolo.
Si umquám quemquam di immórtales voluére esse auxilio ád-
[jutum,
Tum me ét Calidorum sérvatum volunt ésse et lenonem éxtinc-
[tum,
Quom te ádjutorem génuerunt mihi tám doctum hominem atque
[ástutum.
Sed ubi íllest ? Sumne ego homo ínsipiens, qui haec mécum egomet
[loquar sólus ? |
·Dedit vérba mihi hercle, ut opínor. |
Malus cúm malo stulte cávi. | ||

588. An. octonarium agnoverunt Fleckeisenus, Christius, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Pseud. 594 seq. Anapaestos agnoverunt Fleckeisenus, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 194, 414, Studemundus, *De Canticis*, p. 65, Spengelius, *T. Maccius Plautus*, p. 133, *Reform.*, p. 401, Goetzius, Goeizius-Schoellius.

596. *Quom* Gz., G.-Sch., *quam* libri, Speng., *nam* Ritsch.

597. *Habitet* A, Ritsch., Muell., Gz., G.-Sch., *habitat* P, Speng.

Pseud. 905-907. Anapaestos agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 96, Spengelius, *Reform.*, p. 160 seq., Lorenzius, Goetzius, Goetzius-Schoellius; trochaice metiebantur Ritschelius, Fleckeisenus. *Quemquam* P, *quisquam* A. *Voluere* P, *voluerunt* A.

906. *Tum me et* AP, Speng., Gz., G.-Sch., *jam mihi* Ritsch., Fleck.

910 Tum pól ego interii, homo si ílle abiit neque hoc ópus quod [volui hódie éfficiam.
Sed eccúm video verbéream statuam : ut it, út magnifice infért [sese.
Ehem te hércle ego circumspéctabam : nimis métuebam male [né abisses.

Fuit meum ófficium ut facerém fateor. |
Ubi réstiteras ? Ubi míhi lubitumst. [||

PSEUDOLUS, 941-942.

Potin út taceas ? Memorem ínmemorem facit quí monet quod memor [méminit.

941 Teneo ómnia, in pectore cóndita sunt : meditáti sunt mihi dóli [docte.
Probus ést hic homo. Neque hic ést neque ego. At vide né [titubes. Potin út taceas ?

Ita mé di ament. Ita nón facient : mera jám mendacia fúndes.

PSEUDOLUS, 947-948.

Ut ego áccipiam te hodié lepide, ubi efféceris hoc opus. Háhahe.

947 Lepidó victu, vino, únguentis et intér pocula pulpámentis.
Ibidem úna aderit muliér lepida, tibi sávia super savía quae det.

Lepide áccipis me. Immo si éfficies, tum fáxo magis <id> dícas.

V. 910, quem trochaicum esse voluit Fleckeisenus, anapaesticum discripserunt Ritschelius, Muellerus, Spengelius, Lorenzius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

V. 911 seq. Trochaicos discripserunt Ritschelius, Fleckeisenus, anapaesticos Muellerus, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius. *Video* AP, Muell., Lor., Gz., G.-Sch., *vide* Speng. *Ut it ut* A, Lor., Gz., G.-Sch., *uti ut* P, *ut* F, Ritsch., Fleck., *ut ut it* Speng., *vide ut* Muell.

Pseud. 941 seq. Cf. supra, p. 17. *Sunt mihi* A, Gz., G.-Sch., octonarium discribentes, *sunt* P, Ritsch., Muell., Fleck., Lor., Speng., septenarium constituentes.

942. *Est hic* A, Ritsch., Gz., G.-Sch., *hic est* P, Muell., Fleck., Lor., Speng. *Vide* post *titubes* traj. Ritsch., Speng. <*Sum autem*> post *ego* addit et *sed* pro *at* corrigit Muell., p. 218. *Potin ut taceas* del. Ritsch., Muell., Fleck.

947. *Et* om. Fleck., Lor. *Pulmentis* corr. Muell., p. 421. Octonarium constituerunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, septenarium Muellerus itemque Fleckeisenus, Lorenzius, (*ĭntĕr* metientes).

948. Trajecto *lepida* ante *ibidem* et admisso *tĭbĭ* in caesura septenarium restituit Fleckeisenus.

PSEUDOLUS, 1103-1104.

Nisi ut óbservemus quó eat aut quam rém gerat.

1103 Malus ét nequamst homo quí nihili erí ímperium sui sérvos [facit.
Nihilíst autem suom qui ófficium facere ínmemor est, nisist [ádmonitus.

Nam quí liberós se ilico ésse arbitrántur,
Ex cónspectu érí si suí se abdidérunt,

PSEUDOLUS, 1322-1324.

Quid, hoc aúferen, Pseudole mi ábs tuo ero? Lubentíssumo corde [atque ánimo.

1322 Non aúdes, quaeso, aliquám partem mihi grátiam facere hinc de [árgento?
Non mé deices avidum ésse hominem : nam hinc númquam eris [nummo dívitior.
Neque té mei tergi mísereret, hoc seí non hodie effécissem.

Erit úbi te ulciscor seí vivo. Quid mínitare? Habeo térgum.

RUDENS, 220-224.

Neque quícquam umquam illis prófuit, qui mé sibi eduxérunt.

220 Quid míhi meliust, quid mágis in remst quam a córpore vitam [ut sécludam?

V. 1103-1104, quos trochaice metiebantur Ritschelius et Fleckeisenus, anapaesticos agnoverunt Lorenzius, Winterus, Spengelius, *Reform.*, p. 176, Goetzius, Goetzius-Schoellius. *Eri imperium sui servos facit* B (*servus*), G.-Sch., *imperium eri sui servus facit* CDF. *eri sui servos facit imperium* Ritsch., Fleck., *facit imperium sui servos eri* Speng., Gz.

Pseud. 1322 seq. Anapaestos agnoverunt Fleckeisenus, Spengelius, *Reform.*, p. 407, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Cf. Muell., *Plaut. Pros.*, p. 103, 180. *Non* P, Ritsch., Fleck., Speng., Gz., G.-Sch., *nonne* A, Schraderus. *Hinc de argento* A, G.-Sch., *hic argenti* P, Speng., *hujus argenti* Fleck., *hinc argenti* Gz.

1324. *Hoc sei* Gz., G.-Sch., *hoc si* A, *sei hoc* P, Speng., *si hoc* Ritsch., Fleck. Octonarium constituerunt Goetzius, Goetzius-Schoellius, septenarium Ritschelius, Fleckeisenus, Spengelius.

Rud. 220 seq., troch. octonarios esse jusserunt Reizius et Fleckeisenus, anapaesticos autem agnoverunt Hermannus, *Elementa*, p. 415, Studemundus, *De Canticis*, p. 54 seq., Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 228, 394, Ritschelius, *Nov. Exc. Pl.*, I, p. 83, Bergkius, *Beitr.*, p. 73, Spengelius, *Reform.*, p. 163 seq. Schoellius, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius. *A corpore* A, Sonnen., G.-Sch., *corpore* P, Speng., Sch.

Ita mále vivo atque ita míhi multae in pectóre sunt curae exá- [nimales :
Ita rés se habent : vitae haú parco : perdidí spem qua me obléc- [tabam.
Omnía jam circumcúrsavi atque omníbus latebris perréptavi
Quaerére conservam vóce, oculis, auríbus ut pervestígarem.

Neque eam úsquam invenio néque quo eam neque quá quaeram con- [súltumst.

RUDENS, 912-914.

Piscátu novó me uberí compotívit.

912 Miróque modo atque incrédibili hic piscátus mihi lepide évenit :
913-914 Neque píscium ullam unciam póndo hodie cepí nisi hoc quod [fero hic ín rete.

Nam ut dé nocte múlta impigréque exurréxi.

RUDENS, 921-922.

Nimís homo nilist quíst piger, nimísque id genus odi égo male.

921 Vigiláre decet hominém qui volt sua témperi conficere ófficia :
Non énim illum exspectáre oportet, dum erus se ád suom sus- [citet ófficium.

Nám qui dormiúnt lubenter, síne lucro et cum málo quiescunt.

222. *Se habent* A, Sch., Sonnen., G.-Sch., *dent* P (post trium litterarum lacunam in B), *sordent* Ritsch., *Opusc.*, II, p. 221, Speng.

223. *Omnibus latebris* A, Speng., Sch., Sonnen., G.-Sch., *omnibus in latebris* B, *in latebris omnibus* CD, *omnis latebras* Kampmannus, *Annot.*, p. 19, Fleck.

224. *Percestigarem* AP, Fleck., Speng., Sonnen., G.-Sch., *cestigarem* Sch., septenarium constituens.

Rud. 912 seq. An. octonarios agnoverunt Bothius, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 325, 415, 421, Spengelius, *Reform.*, p. 197, 270 adn., 271 adn., Schoellius, Sonnenscheinius, Klotzius, *Grundz.*, p. 493, Goetzius-Schoellius. Bacch. tetrametros tres statuebat Fleckeisenus.

913. *Pondo hodie* Pylades, *hodie pondo* libri.

Rud. 921. Troch. octonarium discripserunt Fleckeisenus, Spengelius, *Reform.*, p. 174 (anapaesticam quoque mensuram admittens, *ibid.*, in adnot.), Klotzius, *Grundz.*, p. 277, an. octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 245, 414, Schoellius, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius. *Decet hominem* libri, Muell., Sch., Sonnensch., G.-Sch., *addecet* Fleck., *hominem decet* Speng.

922. Troch. octonarium constituerunt Fleckeisenus (*suscitet* post *se* trajiciens et dactylum *súscitet* admittens), Spengelius, *Ref.*, p. 174 et Klotzius, *l.l.*, *suscĭtĕt* admittentes, troch. septenarium Schoellius (*officium* delens), an. octonarium Spengelius, *ibid.*, in adnot., Sonnenscheiniusque, <*id*> post *exspectare* addentes.

RUDENS, 926-932.

925 a Hoc égo in mari quicquid inést, ||
925 b Repperí : quicquid inest,
926 Grave quídemst : aurum hic || ego inésse reor, nec míhi conscius [est úllus homo. ||
Nunc haéc tibi occasio, Grípe, obtigit ut extémpulo liberet té [praetor. ||
Nunc síc faciam, sic cónsiliumst, ad erúm veniam docte átque [astu.
Pauxíllatim pollícitabor pro cápite argentum ut sím liber.
Jam ubí liber ero, igitúr demum instrúam agrum atque aedis, [máncipia.
Navibús magnis mercáturam faciam, ápud reges rex pérhibebor.
932 Post ánimi causa míhi navem faciam átque imitabor Stráto- [nicum. ||
Oppída circumvectábor.

RUDENS, 960-961.

Indícium domino nón faciam. ||
Is míhi nil etiam réspondit. ||
960 Quid inde aéquomst dari mi? || Dímidium volo ut dícas. || Immo [hercle étiam plus. ||

Rud. 926. Fleckeisenus troch. octonarium (*Hic ego... nunc tibi Gripe*), trajecto *ullus* ante *conscius* et *haec occasio* post *Gripe* in v. 927; Schoellius an. septenarium (*Aurum... nunc*), Sonnenscheinius an. octonarium (*Aurum... nunc haec*) constituit. Spengelius, *Reform.*, p. 412, juncto v. 925 et deleto priore *quicquid inest*, an. octonarium (*Hoc... reor*) et dimetrum (*Nec... homo*) discripsit; Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 245 adn., an. octonarium (*Hoc... aurum*) fecit, dicere omittens quomodo verba *hic... homo* metiatur. V. 926 initium versiculo 925b in B adhaesit.

927. *Ut liberes ex populo praeter te* libri, sed B post *populo s* addit quod Schoellius transpositionis signum fuisse putat sicut *-s* in *liberes*. Ergo *libere(t)* post *ex(tem)pulo* trajiciendum videtur. *Ut liberet te ex populo praetor* Fleck., Speng., *uti liberet praetor te extempulo* Sch. Troch. octonarium, *nunc tibi Gripe* in v. 926 collocato, discripsit Fleckeisenus, duos creticos tetrametros Schoellius, <*pulcre*> ante *obtigit* et <*lege*> ante *ut*<*i*> addens. An. octonarium jure constituit Spengelius.

Rud. 928-932. An. octonarios fecerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 12, Spengelius, *Reform.*, p. 172 seq., Schoellius, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius; troch. octonarios discribebat Fleckeisenus. *Sic* B, *sicut* CD. *Veniam* libri, Fleck., Sch., Sonnen., G.-Sch., <*ut*> *veniam* Muell., Speng.

930. *Liber ero igitur* Camerarius, *liber erigitur* B, *liber.... igitur* CD, *liber ero*, <*tum*> *igitur* Speng. <*Mi*> post *demum* add. Seyffertus, Sonnen., <*adjungam*> post *mancupia* Sch. Hiatum in caesura admittunt Muell., Speng., G.-Sch.

Rud. 960-961. An. octonarios discripsit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 166,

Nam nisi dat, domino dícundum censeó. || Tuo consilió faciam. ||

Nunc ádvorte animum. Námque hoc omne attinét ad te. || Quid fác- [tumst ?

STICHUS, 309-312.

Quid hóc? Occlusam jánuam video. 'Ibo et pultabó foris.

309 Aperíte atque adproperáte, fores facite út pateant, removéte mo- [ram. | ||

Nimis haéc res sine curá geritur : vide quám dudum hic asto ét [pulto. | ||

Somnóne operam datis? Éxperiar fores án cubiti ac pedes plús [valeant. | ||

Nimis véllem hae fores erum fúgissent, ea caúsa ut haberent [má<lum mag>num. | ||

Deféssus sum pultándo. | ||

STICHUS, 328-329.

Salvé : tuo arcessitú venio huc. Ean grátia foris effríngis ? | ||

328 Tuos ínclama, tui délinquont : ego quíd me velles vísebam. | ||

Nam mé quidĕm harum míserebat. Ergo aúxilium properé la- [tumst. | ||

(?) Quísnam hic loquitur tám prope nós ? Pinacium. Ubíst?

406, dimetros Spengelius, *Reform.*, p. 164, Klotzius, *Grundz.*, p. 284, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius, an. dimetrum et monometrum (*volo tu dicas*) et dimetros duos (*-dat,- cense<b>o*) Schoellius. Veteris codicis discriptio ita solum intelligi potest si quis in archetypo longos versus exstitisse conjicit. Qui cum una linea scribi non possent, ultima cujusque verba (*immo... amplius*, *tuo... faciam*) in sequenti, ut saepe factum est, collocata sunt : tum versus 960 prior pars (*Quid... dicas*) in duas partes divisa est quae antecedentibus versiculis fere aequae essent. *Etiam amplius* libri, Klotzius, Sch., *etiam plus* Seyffertus, Muell., Speng., Sonnen., G.-Sch.

Stichus 309-312. An. octonarios A et B ducibus discripserunt Ritschelius, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius; dimetros dispescebat Hermannus, *Elementa*, p. 395. Cf. Muell., *Plaut. Pros.*, p. 109, 206.

310. *Pulto* P, *repulto* A.

311. *Ac pedes* Lomanus, *an pedes* AP.

312. *Hae* AP, Speng., G.-Sch., *haec* Schmidtius, Gz. *Ma<lum mag>num* Herm., Speng., Gz., *manum* AP, *malam rem* Muell., *l.l.*, p. 123, septenarium constituens.

Stichus 328. An. octonarium discripserunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Ritschelius. Cf. Muell., *Plaut. Pros.*, p. 609.

329. An. octonarium constituit Goetzius, an. septenarium Spengelius,

TRINUMMUS, 290 b-292.

Cetéra rape, trahe, fuge, láte. Lacrumas || haec míhi quom video [elíciunt, | ||

290 b-291 Quia ego ád hoc genus hominum dúravi. Quin priús || [me ad pluris pénetravi. | ||

292 Nam hi mőres majorúm laudant, eosdém lutitant quos cónlau- [dant. | ||

Hísce ego de ártibus grátiam fácio,
Ne cólas neve inbuas íngenium.

TRINUMMUS, 820-830, 832-839.

Tu istúc age. Actum réddam nugacíssume.

820 Salsípotenti et multípotenti Jovis frátri aetherei Néptuno ||
Laetús lubens laudes ágo et grates gratiásque habeo et fluctibús [salsis,
Quom pénes me<fuit minimé>potestas, bonis meís quid foret [et meaé vitae,

Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Ritschelius. *Me quidem* A, G.-Sch. (*mĕquidem* metientes), *equidem* P, *me equidem* Speng., *med equidem* Ribbeckius, Gz. *Harum* post *miserebat* traj. Ritschelius. Cf. Muell., *l. l.*

Trin. 290 b. 291. An. octonarium A duce discripserunt Goetzius-Schoellius, an. dimetros duos Spengelius, Niemeyerus. Troch. octonarium (*Lacrumas... hominum*) et troch. dimetrum (*Quin... penetravi*) constituebat Ritschelius, troch. septenarios duos (*Lacrumas... genus, Hominum... penetravi prius*) Fleckeisenus.

292. An. octonarium A et B ducibus discripserunt Goetzius-Schoellius, an. dimetros duos Spengelius, Niemeyerus, troch. octonarium Ritschelius, Fleckeisenus.

Trin. 820 seq. Troch. octonarios esse jusserunt Ritschelius Fleckeisenusque, anapaestos agnoverunt Reizius, Studemundus, *De Canticis*, p. 56 seq., Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 112 seq., Spengelius, *Reform.*, p. 165 seq., Niemeyerus, Christius, *Metr.*, p. 262, 269, Klotzius, *Grundz.*, p. 443 seq., Goetzius-Schoellius.

820. *Salsipotenti et multipotenti* libri, Muell., Speng., Niemey., G.-Sch., *salipotenti et multipotenti* Brandtius, Fleck., *salipotenti multipotenti* Ritsch., *salsipotenti et mulsipotenti* Klotzius, *saltipotenti et multipotenti* Buechelerus, *Rhen. Mus.*, a. 1890, p. 160. *Aetherei Neptuno* Scaliger, Bothius, Ritsch., Speng., Klotzius, *et Nerei Neptuni* libri, *et Nerei et Portumno* Bergkius, Fleck., *Nereo et Portuno* Muell., *et Nerei Neptuno* G.-Sch.

821. *Et grates gratiasque* libri, Muell., Speng., Niemey., G.-Sch., *gratas gratisque* Bothius, Ritsch., Fleck.

822. *Quom* libri, Klotzius, *quoniam* Muell., *quos* Camerarius, Ritsch., Fleck., Speng. Niemey. *Penes me* libri, *penes me* < *i fuit* > Ritsch., Fleck., *penes me* < *i fuit summa* > Speng., Niemey., *penes me* < *fuit nulla* > Klotzius, *penes me* < *fuit minime* > propono. *Meis* Fleck., Muell., Klotzius, Niemey., *mis* BC (om. D), Ritsch., Speng., G.-Sch.

Quom suís me ex locis in pátriam urbem cum mágna<re> [reducém faciunt.
Atque égo, Neptune, tibi ánte alios deos grátias ago atque habeó [summas.
Nam te ómnes saevomqué severumque atque ávidis moribus [cómmemorant,
Spurcíficum, inmanem, intólerandum, vesánum :<ego>contra [opera éxpertus.
Nam pól placido te et clémenti meo usqué modo ut volui usús [sum in alto.
(Atque hánc tuam gloriam jam ánte auribus accéperam et nobilest [ápud homines ||
Paupéribus te parcére solitum divités damnare atqué || domare.
Abi laúdo scis ordíne ut aequomst || tractáre homines. Hoc dís [dignumst.
Sempér mendicis módesti sint. ||)
832 Fidús fuisti, infidum ésse iterant. Nam apsqué foret te, sat scio [in alto
Distráxissent disqué tulissent satellités tui me miserúm foede,

823. *Urbem* Ritsch., Muell., Fleck., Speng., Niemey., *urbis* libri, Klotzius. *Cum magna <re>* Klotzius, *cummam* B, *cumam* CD, *usque incolumem* Ritsch., Muell., Fleck., *salvom incolumem* Speng., *sic columem* Niemey.

824. *Ego Neptune tibi* B, Muell., Speng., Niemey., Kl., G.-Sch., *ego neque Neptune tibi* C, *neque Neptune tibi* D, *tibi ego Neptune* Bothius, Ritsch., Fleck. *Gratias* libri, Muell., Speng., Niemey., Kl., *gratis* Herm., Ritsch., Fleck.

825. *Atque* del. Bothius, Ritsch., Fleck.

826. *Ego* add. Hermannus.

827. *Placido te et clementi meo* libri, Speng., Niemey., Kl., G.-Sch., *placidum te et clementem* Herm., *placidum te et clementem eo* Ritsch., Fleck., Muell.

V. 828-831 includendi videntur. Nam in his Neptunus bene audire dicitur, in v. 825 seq. contra et in v. 832 male audire. Sane hi tres octonarii 828-830 tribus 825-827 postea substituti sunt tanquam ad divinam dignitatem magis convenientes, simulque dimeter v. 831 priori versus 832 parti (*Fidus — iterant*) Cf. Pseud. 210-217, 218-224. V. 828, 829, 831, 832 includit Langenus, *Beitr.*, p. 277 seq., v. 828, 831 Klotzius, v. 831 Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 244. Spengeliusque.

828. *Auribus ante* traj. Spengelius, *auribus jam acceperam ante* Ritsch., Fleck. *Et nobilest apud homines* Speng., *et nobilis apra homines* B, *et nobiles apud homines* CD, Muell., *secus nobilis apud homines* Ritschelius Fleckeisenusque, haec verba in v. 831 trajicientes simulque *apud homines* ante *gloriam* collocantes.

829. *Divites* libri, Muell., Speng., Kl., G.-Sch , *dites* Guyetus, Ritsch., Fleck., Niemey.

833. *Me* del. Herm., Ritsch., Fleck.

Bona que ómnia item una <méa> mecum passím caeruleos pér [campos.
835 Ita jám quasi canes haud sécus circumstabánt navem turbinés [venti.
Imbrés fluctusque atqué procellae <ferri> ínfensae, frangére [malum,
Ruere ántemnas, scindére vela, ni túa pax propitia fóret praesto.
Apage á me sis : dehinc jám certumst otió dare me : satis pár- [tum habeo,
839 Quibus aérumnis delúctavi, filió dum divitiás quaero. | ||

Sed quís hic est qui in plateam íngreditur |
Cum nóvo ornatu speciéque simul ? | ||

TRUCULENTUS, 105-112.

Oscúlum amicae usque oggerít, dum agant. |
[Ceteri cleptae.]

105-106 Sin vídent quempiam se adsérvare, obludúnt qui custodem [óblectent. ||
107-108 Per jóculum et ludum dé nostro saepe édunt quod fartorés [faciunt. ||

834. *Omnia item una <mea>* Muell., Speng., Niemey., Kl., *omnia item una* libri, G.-Sch. (septenarium caesura carentem constituentes), *item omnia una* Guyetus, Ritsch., Fleck.

835. *Circumstant* corr. Ritsch., *navem circumstabant* traj. Fleck. *Turbines* AP, Muell., Speng., Niemey., Kl., G.-Sch., *turbine* Herm., Ritsch., Fleck.

836. *<Ferri> infensae* Speng., Niemey., Kl., *infensae* AP, G.-Sch., *infensae <fremere>* Lindemannus, Ritsch., Fleck. An. octonarium constituerunt Spengelius, Niemeyerus, Klotzius, septenarium Goetzius-Schoellius. Octonarii usque ad v. 839 continuantur nec magis hic septenarius admittendus quam v. 834 ubi sine dubio aliquid in libris omissum est.

837. *Tua pax propitia* P, Speng., Niemey., G.-Sch., *tua propitia pax* A, Muell., Kl., *pax propitia* Herm., Ritsch., Fleck.

838. *Dare me* A, *me dare* P.

Truc. 105-106. An. octonarium agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 85, Spengelius, *Reform.*, p. 268, Klotzius, *Grundz.*, p. 198, Goetzius-Schoellius; cret. dimetrum et bacch. tetrametrum discribebat Spengelius in edit., bacch. tetrametrum et dimetrum Schoellius. *<Servom>* post *sin* add. Sch. *Obludunt qui* Muell., Speng., *obludeant qui* P, *qui obludant* Sch. *Custodem* del. Sch.

107-108. An. octonarium discripserunt Muellerus, Spengelius, *Reform.*, p. 268, bacch. tetrametrum et dimetrum Spengelius olim in edit., Schoellius. *Saepe edunt* Muell., Speng. (*Reform.*), *sepe aedunt* libri, *saepe rapiunt* Speng. in edit., *specimen edunt* Sch. *Fartores* CD, Muell., Speng. (*Reform.*), *fectorum* B, *lepido ore* Speng. in edit., *factores* Sch.

Fit pól hoc et pars spectátorum scitís pol haec vos me haud mén-
[tiri.
110 Ibist íbus pugnae et vírtuti de praédonibus praedám capere.
At eccástor nos rusúm lepide referimús gratiam furibús nos-
[tris. | ||
112 Nam ipsí vident eorum quom ágerimus bona atque || étiam ultro
[ipsi aggerúnt ad nos. | ||

Me illís quidem haec verberat vérbis: |
Nam ego húc bona mea degéssi. | ||

Truculentus, 603-605, 609-611.

Num, óbsecro, nam háriolust, qui ípsus se vérberat?

603 Nunc égo meos animos víolentos meamque íram ex pectore jám
[promam. ||
604-605 Loquere únde's? Quoius es? Cúr ausu's mihi inclémenter
[dicére. Lubitumst. ||

Istúcne mihi respónsis? Hoc, non égo te flocci fácio. ||
Quid tú? Cur ausa's álium te dicére amare hominem. Lúbitumst. ||

609 Ain tándem? Istuc primum éxperiar. Tun tántilli doní causa ||
Holerum átque escarum et póscarum, moechúm, malacum, cin-
[cínnatum, ||

109 seq. Anapaestos agnoverunt Studemundus, *Act. Gymn. Berolin.*, t. XVIII, p. 535, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 86, 392, 422, Spengelius et in edit. et *Reform.* p. 422, Schoellius, Klotzius, *Grundz.*, p. 60, 293. *Scitis* L, Camerarius, Muell., Speng., G.-Sch., *scistis* BD, *scis tis* Sch. *Pol haec vos* CD, Muell., Speng. (*Reform.*), G.-Sch., *poli ec vos* B, *pol vos* Speng. in edit., *spoliis* Sch.

110. *Ibist ibus* Camerarius, Muell., Speng., G.-Sch., *ibi sibus* B, *ibi usibus* CD, *ibust ibi* Sch. *Pugnae et virtuti* libri, Muell., Speng., G.-Sch., *pugna et virtust* Sch.

111. *Eccastor* A, om. ceteri libri.

112. *Eorum quom* A (*cum*), Muell., Speng., G.-Sch., *quom eorum* P (*cum*), Sch. *Agerimus* Seyffertus, Goetzius-Schoellius, *aggerimus* P, *accerimus* A, *adgerimus* Muell., *auferimus* Speng., *adgredimur* Sch.

Truc. 603-605. Anapaestos agnoverunt Spengelius, *Reform.*, p. 180, Goetzius-Schoellius. Troch. octonarios constituebat olim Spengelius in edit., troch. octonarium et iamb. octonarium et iamb. monometrum cat. Schoellius.

604-605. *Lubitumst* Speng., G.-Sch., *lubido est* libri, Sch., *lubitum* Bothius. Cf. v. 608 *lubitumst.*

609-611. Anapaestos agnoverunt Buechelerus, *Ind. Schol. Bonn*,. 1878-1879, Spengelius, *Reform.*, p. 180, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Troch. octonarios constituebat Spengelius in editione. *Tantilli* L, Speng., Sch., *pertilli* B, *pentilli* CD, *pusilli* vel *putilli* Bothius, *tam petili* Buech.

Umbráticolum, tympánotribam amas hóminem non naucí? Quae [haec res? ||

Meóne tu, improbe, éro male dicere aúdes, fons viti ét pejuri?

§ 3. — *Dimetri*

Bacchides, 1167-1168 a.

Neque té tuost aequom esse íratum : si amánt, sapienter fáciunt. ||
Sequere hác. Eunt eccas tândem.

1167 a Probri pérlecebrae et persuástrices, ||
1167 b Quid núnc etiam redditís nobis
1168 a Filiós et servom? An ego || éxperior

Tecúm vim majorem? 'Abin hinc? ||

Bacchides, 1193-1194.

Egon quom háec cum illo accubet ínspectem? Immo equidém pol tecum [accúmbam. ||
Te amábo et te amplexábor.

1193 a Caput prúrit: perii. Víx negito. ||
1193 b Non tíbi venit in mentém, amabo,
1194 a Si dúm vivas tibi béne facias, ||
1194 b Tam pól id quidem esse haud perlónginquom, ||

Neque si hóc hodie amiserís post in morte íd eventurum esse úmquam?

611. *Umbraticolum* libri, Bothius, Sch., G.-Sch., *umbraticolam* Camerarius, Speng. Octonarium faciunt Spengelius et Goetzius-Schoellius, *tympanotribam* metientes et hiatum in caesura admittentes, septenarium Schoellius.

Bacch. 1167 seq. Cf. supra, p. 3. V. 1167a versui superiori in B adhaesit itemque 1167b et 1168a B contraxit nisi quod *experior* sequenti dimetro junctum est. Dimetros dispescuit Klotzius, *Grundz.*, p. 426 seq., octonarium et septenarium discripserunt Vossius, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Bacch. 1193 seq. Cf. supra, p. 5. V. 1193a cum 1192b, v. 1193b cum 1194a B jungit, plerique autem editores v. 1193a cum 1193b, v. 1194a cum 1194b junxerunt. Dimetros vero discripserunt Vossius, Klotzius. *Venit in mentem amabo* libri, Klotzius, *amabo venit in mentem* Speng., Vossius, *in mentemst te amabo* Gz.

1194b. *Tam* Bothius, *jam* libri.

Casina, 660-661.

Viró quae suo ínter||minátur. | Qnid érgo? Ah.
Quid ést? || Interímere aít velle vítam. |
660 Gladium. Hém. Gladium. || Quid eúm gladium? ||
Habet. Eí misero mihi. Cúr eum habet? | ||
Inséctatur ómnis domí per aedis.

Casina, 891-892.

Enim jám magis [jam] adpropreró,
891 Magis jám lubet in Casinam ínruere: ||
Cupio íllam operam seni súrripere:
Forem obdó ne senex me oppríméret. ||

Cistellaria, 214-216.

Ita mi ómnia sunt ingénia.
214 Quod lúbet, non lubet jam id cóntinuo. ||
Ita me ámor lassum animi lúdificat,
Fugat, ágit, appetit, || raptát, retinet,
Lactát, largitur.

Cistellaria, 688-689.

Sed pérgam ut coépi: tamén quaeritábo.
688 a Nam et intús paveo et foris fórmido:
688 b Ita núnc utrubique metús me agitat. ||
Ita súnt homines miseré miseri.
'Ille nunc laétus est, quísquis est qui íllam habet.

Cas. 660-661. An. dimetros discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 358, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Initium versus 660 superiori versui in B adhaesit.

Cas. 891-892. An. dimetros discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, septenarios duos Spengelius, v. 891 cum v. 890 et v. 893 cum v. 893 B duce jungens.

Cist. 214 cum v. 213 jungit B, dimetrum separaverunt Hermannus, *Elementa*, p. 396, Schoellius, Goetzius-Schoellius; cum v. 215 jungit Spengelius, *Reform.*, p. 365, octonarium constituens.

Cist. 215 seq. Sic discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius. Dimetrum et paroemiacum constituit Hermannus, <*et*> ante *raptat* addens. Spengelius, v. 215 cum v. 214 juncto, v. 216 dimetrum facit.

Cist. 688-689. An. dimetri tres discribendi videntur. V. 689 *illo sunt* libri habent, quod in *ita sunt* jure correxit Schoellius. Inde librarii error,

MENAECHMI, 361-363, 365-367.

Nunc éum adibo : adloquar últro.

361 Animúle mi, mihi mirá videntur |
Te hic stáre foris, fores quoí pateant |
Magis quám domus tua, domus quom haéc tua sit. | ||

Omné paratumst, |

365 Ut jússisti atque ut vóluisti :
Neque tibi <apud mest> ullá mora intus. ||
Prandium út jussisti, hic cúratumst.

Ubi lúbet, ire licet accúbitum. ||

MERCATOR, 337-340.

Neque ádvorsa quoí plura sínt sempitérna.

337 Satin quícquid est, quam rem agere óccepi ||
Propriúm nequit mihi esse id quód cupio? ||
Ita míhi mala res aliqua óbjicitur, ||
340 Bonum quaé meum conprimit cónsilium. ||

Míser amicam míhi paravi || ánimi causa, prétio eripui. ||

qui verbum *illo* verbo *ita* substituit, ortus esse videtur quod versus superioris primum verbum *Ita* erat et sequentis *Ille*. B v. 688 b cum v. 688 a et v. 689 cum v. 690 (qui creticus tetrameter est) jungit. An. octonarium et dimetrum discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 366, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

Men. 361 seq. Anapaestos agnoverunt Hermannus, *Elementa*, p 395, Ritschelius, Christius, *Metr.*, p. 268, Spengelius, *Reform.*, p. 373, Klotzius, *Grundz.*, p. 405, Schoellius, Goetzius-Schoellius, alii.

365. Spengelius, *Reform.*, p. 329, juncto v. 364 trimetrum fecit, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 63, junctis v. 364 et 366, octonarium constituit. De v. 364, qui monometer est, vide infra.

366. Versus in libris lacunosus est. <*Apud mest*> post *tibi* supplevit Schoellius, <*jam est*> Hermannus, Ritschelius, Klotzius. <*N*>*ulla mora*<*st*> corr. Speng. Paroemiacum constituerunt Hermannus, Ritschelius, Klotzius, Spengelius, dimetrum acat. Schoellius; tripodiam Goetzius-Schoellius, nullam lacunam signantes.

Merc. 337-340. An. dimetros discripserunt Brixius, *Nov. Ann. phil.*, vol. 91, p. 72, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 91, Spengelius, *Reform.*, p. 376, Goetzius, Goetzius-Schoellius (in v. 338 tamen ictus omittentes).

338. *Esse id* Gz., *evenire* libri, Muellerus (qui *mihi* delet et *nequit* post *evenire* trajicit et *evenīre* metitur), *dari* Speng.

Mostellaria, 331, 332. Vide infra, p. 56.

Persa, 175-180.

Quom interím te meum ingeniúm fans atque infáns nondum etiam [edídicisti. | ||

Potin út taceas? Potin né moneas? |
Memini ét scio et calleo et cómmemini. | ||
Amas pól misera : id tuos scátet animus : |
Ego istúc placidum || tibi ut sít faciam. |
Miser ést qui amat. || Certo is quídem nihilist, |
Qui níl amat. Quid ei homini ópus vitast? | ||

Iré decet me ut erae opsequéns fiám, libéra ea opera ocius út sit. | ||

Pseudolus, 601 a, b.

Ballió leno ubi hic hábitat. | ||

601 a Novo cónsilio nunc || míhĭ opus est: |
b Nova rés subito mi haec óbjectast. | ||

Hoc praévortar princípio : illa omnia míssa habeo quae ante ágere [occepi. | ||

Pseudolus, 913 a, b.

Ehem te hércle ego circumspéctabam : nimis métuebam male né [abisses. |

913 a Fuit meum ófficium ut facerém fateor. |
b Ubi réstiteras? Ubi míhi lubitumst. | ||

'Istud ego satís scio. Cur érgo quod scis mé rogas?

Pers. 175-180. An. dimetros A duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 387, Christius, *Metr.*, p. 268, Schoellius, Goetzius-Schoellius, octonarios Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 87 adn. *Placidum* P, Sch., G.-Sch., *pelagus* A, Muell., Speng. *Nihili est* A, *nihil est* P, *nihilist* Speng., Sch., *nilist* G.-Sch.

Pseud. 601. Dimetri duo sunt in A: an. octonarium fecerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 205, Spengelius, *Reform.*, p. 301, Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Fleckeisenus, admisso *nova* in caesura. Trochaeos discribebat Ritschelius. *Nunc mihi* libri, G.-Sch., admisso hiatu post *mihĭ*, *nunc mi* Fleck., *mihi nunc* Muell., Speng., Gz. *Subito mi haec* Fleck., Muell., Speng., Gz., *subito mihi haec* P, *haec subito mihi* A *haec subito mi* G.-Sch.

Pseud. 913. Dimetros distinguit A, an. octonarium B duce constituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 97, Lorenzius, Spengelius, *Reform.*, p. 161, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Trochaeos discripserunt Ritschelius Fleckeisenusque.

RUDENS, 933 b-935 a, 936 a-937 a.

Oppída circumvectábor.

933 b Ubi nóbilitas mea erít clara, ||
934 a Oppidúm magnum commúnibo.
b Ei ego úrbi Gripo indám nomen, ||
935 a Moniméntum meae famae ét factis,

Ibique régnum magnum instítuam. ||

936 a Magnás res hic agito ín mentem
b Instrúere. Hunc nunc vidulúm condam. ||
937 a Sed hic réx cum aceto pránsurust
b Et sále, sino bono pulménto. ||

RUDENS, 956-959.

Fidús ero quisquis es. Aúdi. ||

956 a Furtum égo vidi qui fáciebat.
b Noverám dominum id quoi fíebat. ||

Rudens 933 b. An. dimetrum discripserunt Buechelerus, Goetzius-Schoellius. V. 933 a cum v. 933 b jungentes, an. octonarium restituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 12, Spengelius, *Reform.*, p. 413, an. septenarium caesura carentem constituit Sonnenscheinius, troch. octonarium fecerunt Fleckeisenus Schoelliusque.

934. An. dimetros dispescuerunt Buechelerus, Goetzius-Schoellius; an. octonarium constituerunt Muellerus, Spengelius Sonnenscheiniusque, troch. octonarium Fleckeisenus et Schoellius.

935. An. dimetrum et paroemiacum facio; an. dimetros duos discripserunt Buechelerus, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Sonnenscheinius, an. octonarium Muellerus Spengeliusque, troch. octonarium Fleckeisenus et Schoellius.

936. An. dimetros dispescuerunt Buechelerus, Goetzius-Schoellius. An octonarium constituerunt Muellerus, Spengelius, septenarium Sonnenscheinius, troch. octonarium Fleckeisenus et Schoellius. *In mentem* post *instruere* trajecit Muellerus, *hic agito* post *instruere* Spengelius. *Hunc nunc* Reizius, Sonnen., Buech., G.-Sch., *nunc hunc* libri, Muell., Speng., Sch. *Vidulum condam* libri, Muell., Speng., G.-Sch., *cidlum condam* Sonnen., *cidulum abdam* Sch.

937. An. dimetrum et paroemiacum discripserunt Buechelerus, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Muellerus, Spengelius, Sonnenscheinius, troch. octonarium Fleckeisenus Schoelliusque.

Rudens 956 seq. Anapaestos agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 183, Spengelius, *Reform.*, p. 165, Schoellius, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius. V. 956 a, b uno versu comprehendit B itemque v. 957 a, b; dimetros discripserunt Reizius, Spengelius, Schoellius, Sonnenscheinius, Goetzius-

957 a Post ád furem egomet dévenio
b Feroque eí condicionem hóc pacto : ||
958 a Ego istúc furtum scio quoí factumst. ||
b Nunc míhi si vis dare dímidium, ||
959 a Indícium domino nón faciam. ||
b Is míhi nil etiam réspondit. ||

Quid inde aéquomst dari mi? || Dímidium volo ut dícas. || Immo hercle [étiam plus. ||

STICHUS, 18-20, 22-27, 29-31, 33-37, 39-44.

Facit ínjurias inmérito |
Nosque áb eis abducére volt. | ||

18 Haec rés vitae me, sóror, saturant, | ||
Haec míhi dividiae et sénio sunt. | ||
20 Ne lácruma, soror, neu túo id animo

Fac quód tibi tuos pater fácere minatur.

22 Spes ést eum melius fácturum. | ||
Novi égo illum : joculo istaéc dicit : | ||
Neque illé sibi mereat Pérsarum
Montís qui esse aurei pérhibentur,
Ut istúc faciat quod tú metuis.
27 Tamen sí faciat, minume írasci

Decet, néque id immerito evéniet.

29 Nam víri nostri domo ut ábierunt,
Hic tértiust annus. Ita út memoras.
31 Quom ipsi ínterea vivánt, valeant,

Ubi sínt, quid agant, ecquíd agant,

33 Neque párticipant nos néque redeunt.
An id dóles, soror, quia illi suom ófficium

Schoellius, sicut v. 958, 959 dimetris in B discribuntur. Octonarios constituit Muellerus. Troch. octonarios esse putabant Hermannus, *De Metris*, p. 129, Fleckeisenusque. *Noveram* libri, *noram* Guyetus, Fleck., Speng., Sch., Sonnen., G.-Sch.

Stich. 18 seq. Anapaestos agnoverunt Spengelius, *Reform.*, p. 414 seq., Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii.

23. *Dicit* AP, Gz., G.-Sch., *dixit* Speng.

30. *Tertiust* Ritsch., Christius, *Metr.*, p. 246, Gz., G.-Sch., *tertius* AP, Speng., de *annus<t>* cogitans.

31. *Vivant* AP, Ritsch., Speng., G. Sch., *<ut> vivant* Seyffertus, Gz.

35-36 Non cólunt quom tu tuom fácis? Ita pol.
Tace sis : cave sis audíam ego istuc

Posthác ex te. Nam quíd jam?

39 Quia pól meo animo omnis sápientis
Suom offícium aequomst colere ét facere.
Quam ob rem égo te hoc, soror, tametsi és major,
Moneo út tuom memineris ófficium :
Et si ílli improbi sint átque aliter | ||
44 <In> nós faciant quam aequómst, tam pol | ||

Ne quíd magis sit omníbus obnixe opibús | ||
Nostrum officium meminísse decet. | ||
Placet, táceo. At memineris fácito. | ||

Sᴛɪᴄʜᴜs, 319-321, 326 a, b.

Jam tú piscator fáctu's? | ||
Quam prídem non edísti? | ||

319 Unde ís? Quid fers? Quid féstinas?
Tua quód nihil refert, né cures. | ||
321 Quid istíc inest. Quas tu edés colubras.

Quid tam íracundu's? Si ín te | ||
Pudor ádsit, non me appélles. | ||
Possúm scire ex te vérum? | ||
Potes: hódie non cenábis. | ||

326 a Quisnam óbsecro has frangít fóris? ubi <is> est? | ||
b Tum haéc facis? Tun mihi huc hóstis venis? | ||

Salvé: tuo arcessitú venio huc. Ean grátia foris effríngis? | ||

35. 36. *Tu* om. P.
41. *Ego te hoc soror* P, *soror ego hoc te* A.
44. *In nos* Pius, Gz., *nos* libri, Studem., *De Cant.*, p. 59, Speng., *nobis* Redslobius. *Aequomst* (*-est*) libri, Speng., Gz., G.-Sch., *aequom sit* Herm., Ritsch. *Tam pol* A, Speng., Gz., G.-Sch., *tamen pol* P, Herm.
Stich. 319-321. An. dimetros, quos et antecedunt et sequuntur paroemiaci, dispescuerunt Hermannus, *Elementa*, p. 395, Spengelius, *Reform.*, p. 417, Goetzius, an. octonarium et septenarium discripserunt Goetzius-Schoellius.
321. *Tu edes* A, Herm., Gz., G.-Sch., *tui des* B, *tu rides* CD, Speng.
326. An. dimetros A et B ducibus discripserunt Goetzius-Schoellius, an. octonarium constituerunt Spengelius, Goetzius. *Ubi<is>est* Speng., *ubist* A, *ubi est* ceteri libri. *Tun* P, *tu* A.

Trinummus, 242-245, 249-251.

Latebrícolarum hominum córrumptor, ||
Blandús, inops, celatum índagator. | ||

242 a Nam quí amat quod amat quom éxtemplo ||
b Saviis sagittatis pérculsust, | ||
Ilicó res foras labitúr liquitur. ||
Da míhi hoc, mel meum, si me ámas, si audes. | ||
245 Ibi illé cuculus : ocelle mí, fiat. ||

Et istúc et si amplius vís dari, dabitur. | ||
Ibi ílla pendentém ferit:
Jam amplíus orat : ||

249 Non sát id est mali ni amplíus etiam | ||
Quod ecbibít, quod comest, quod fácit sumpti. ||
Nox dátur, ducitur familía tota : | ||

Véstiplica, unctor, aúri custos, flábelliferae ||, sándaligerulae, |
Cántrices, cistéllatrices, || núntii, renúntii,
Raptóres panis ét peni. | ||

Trin. 242. An. dimetros duos B duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 418, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius, an. octonarium A duce Buechelerus, *Declin.*, p. 67, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 253 (Speng., *Reform.*, p. 97); troch. septenarium esse jusserunt Ritschelius Fleckeisenusque, <*ejus*> ante *saviis* addentes. *Quom* Bothius, *quam* AP. *Perculsust* G.-Sch., *perculsus est* A, Ritsch., Fleck., *percussust* P, Muell., Speng.

243. Creticum tetrametrum esse putaverunt Fleckeisenus, Goetzius-Schoellius, *līquitur* metientes, cret. tetrametrum cat. Ritschelius, Buechelerus, *Ann. phil.*, t. 99, p. 488, Niemeyerus, *lĭquitur* metientes, an. dimetrum sicut et antecedentes et sequentes versus Spengelius.

244. 245. Cret. tetrametros cat. discripserunt Hermannus, *Elementa*, p. 212, Ritschelius, Fleckeisenus, Niemeyerus (qui quidem de versus 245 mensura dubitat), Goetzius-Schoellius (ictus in v. 245 omittentes). *Ibi ille* P, Speng., G.-Sch., *abi ille* A, *ibi* <*tum*> *ille* Herm., <*atque*> *ibi ille* Ritsch., Fleck. *Ocelle* A, Speng, G.-Sch., *occelle* P, <*hem*> *ocelle* Herm., *o ocelle* Lindemannus, Ritsch., Fleck.

Trin. 249-251. Cret. tetrametros catalecticos discripserunt Hermannus, *Elem.*, p. 212, Ritschelius, Goetzius-Schoellius, an. dimetros Spengelius, *Reform.*, p. 58 seq. *Satis* A, Herm., Ritsch., *sat* P, Speng. *Etiam amplius* A, *amplius etiam* P, Speng., G.-Sch,, *ampliust etiam* Herm., Ritschelius qui quidem versum includit.

250. *Quod ebibit* A, Nonius p. 484, 26, *quo debebit* BCD, *quod bibit* F, Herm., Ritsch., *quod et bibit* Nonius p. 81, 19, *quod ecbibit* Buechelerus, Speng, G.-Sch.

TRINUMMUS, 256-259.

Fit ípse, dum illis cómis est, inóps amator. ||

256 Haec égo | quom cum animo meó reputo, ||
Ubi quí eget | quam preti sít parvi, ||
Apagé te amor, non places, | níhil te utor. ||
259 Quamquam íllud est dulce esse ét bibere, | ||

Amór amari dát tamen satís quod aegrest. | ||

TRINUMMUS, 263-268.

Fugit fórum, fugit suos cognátos, ||
Fugat ípse ab suo contútu | ||

263 Neque eúm sibi amicum vólunt dici. ||
264 a Millé modis amor ignórandust, | ||
b Procul ádhibendust atque ábstandust. ||
265 a Nam qui ín amorem praecípitavit, | ||
b Pejús perit quasi saxó saliat. ||
Apagé te amor, tuas res tíbi habeto. | ||

Trin. 256-259. An. dimetros agnoverunt Spengelius, *Reform.*, p. 261 seq., 238 seq., Niemey., G.-Sch. *Quom cum animo meo reputo* A (*quum*), Speng., Niemey., G.-Sch., *cum ago cum meo animo et recolo* P, Fleck. Bacch. tetrametrum constituebat Fleckeisenus, ascito *amator inops* et omisso *ego* et *recolo* in v. 257 collocato. Troch. septenarium mutilum esse sentiebat Ritschelius.

257. Bacch. trimetrum constituebat Ritschelius, *preti quam* trajiciens, bacch. tetrametrum Fleckeisenus (*Et recolo—apage*).

258. *Apage te* AP, Speng., Niemey., G.-Sch., *apage* Ritsch., Fleck. *Nihil te* AP, *nil te* Speng., Niemey., G.-Sch., *nil <ego> te* Ritsch., *te nil* Fleck. Cret. tetrametrum cat. discribebat Ritschelius, bacch. trimetrum Fleckeisenus.

259. *Est dulce* AP, Speng., Niemey., G.-Sch., *dulce est* Herm., Ritsch., Fleck. Bacch. trimetrum discribebat Ritschelius, iamb. octonarium Fleckeisenus, ascito *amor... tamen*.

V. 263 interpolatori deberi putaverunt Bothius, Ritschelius, ante v. 261 collocavit Niemeyerus. Intellexit Spengelius, *Reform.*, p. 239, cognatos nolle eum sibi amicum dici. An. dimetrum agnoverunt Spengelius, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius. Bacch. tetrametrum duce Hermanno restituebat Fleckeisenus, ascito *contutu* et *amicum* post *dici* trajecto.

264. 265. An. dimetros quattuor B duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 178, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius; an. octonarios A duce Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 405; troch. octonarios constituebant Ritschelius Fleckeisenusque. *Adhibendust* Speng., Brixius, G.-Sch., *adhibendus* A, *adhibendus est* P, *abdendus* Ritsch., *abdendust* Fleck., Muell., *apsbitendum* Niemey. *Abstandust* A, Ritsch., Speng., Muell., G.-Sch., *abtinendus* P, *abstinendust* Fleck., *apstandumst* Niemey.

266. An. dimetrum agnoverunt Spengelius, Niemeyerus, Goetzius-

Amor, mihi amicus ne fuás umquam. ||
268 Sunt támen quos miseros máleque habeas, | ||

Quos tíbi obnoxios fecísti. | ||

Trinummus, 274-275, 278-279.

Boni síbi haec expetúnt, rem, fídem, honorem, | ||
Gloriam ét gratiam : hoc probis prétiumst. | ||

274 Eo míhi magis lubet | cum próbis potius ||
Quam cum ínprobis vivere vánidicis. | ||

276. 277. Quo illíc homo foras se pénetravit ex aédibus. || Pater, adsum, [ímpera quidvis. ||

278 a Neque tíbi ero in mora neque látebrose ||
b Me abs tuó conspectu occúltabo. | ||
Fecerís pra tuis ceterís factis,

Patrem tuóm si percoles pér pietatem.

Schoellius, cret. tetrametrum cat. discribebat Ritschelius, bacch. tetrametrum Fleckeisenus, *tibi res* trajiciens. ΑΠΑΓΕΤΕ A, *apace sis* BCD, *apage sis* F, Fleck., *apage te* Speng., Niemey., G.-Sch., *apage te sis* Ritsch. *Habeto* A, Fleck. Speng., Niemey., G.-Sch., *habe* P, Ritsch.

267. An. dimetrum discripserunt Spengelius, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius, cret. tetrametrum cat. Ritschelius olim Fleckeisenusque, cret. trimetrum Ritschelius. *Mihi amicus* P, Speng., Niemey., G.-Sch., *amicus mihi* A, Ritsch., Fleck. *Fuas umquam* P, Fleck., Speng., Niemey. G.-Sch., *fuas* A, Ritsch.

268. An. dimetrum agnoverunt Spengelius, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius, cret. tetrametrum cat. constituebant Ritschelius Fleckeisenusque. *Miseros maleque* AP, Speng., Niemey., G.-Sch., *miseros* <*misere*>*maleque* Ritsch., <*nimis*> *misere maleque* Fleck.

Trin. 274-275. An. dimetros agnoverunt Spengelius, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius. V. 274 cret. tetrametrum cat. constituebant Ritschelius Fleckeisenusque, v. 275 cret. trimetrum cat. Ritschelius, cret. tetrametrum cat. Fleckeisenus. <*Una*> post *probis* addebat Fleckeisenus, *potius* versui 275 applicans; in v. 275 *cum* delebat Ritschelius.

278. An. dimetros duos B duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 269, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius. Bacch. tetrametros duos (*Pater* —, *Neque* — *occultabo*) fecerunt Ritschelius Fleckeisenusque. *Tibi* post *mora* trajiciebat Ritschelius, *erit mora in me* corrigebat Fleckeisenus.

279. Cret. tetrametrum cat. discripserunt Ritschelius, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius, cret. tetrametrum fecit Fleckeisenus, *factis* post *tuis* trajecto et<*id*>ante *ceteris* addito; an. dimetrum esse contendit Spengelius, *Reform.*, p. 37, jure ut videtur. Nam v. 280, si librorum memoria servatur, nihil esse potest quam an. dimeter hypercatalectus. Unde sequitur v. 279 quoque anapaesticum esse potius quam cret. tetrametrum catalecticum.

TRINUMMUS, 840-841.

Quibus aérumnis delúctavi, filió dum divitiás quaero. | ||

840 a Sed quís hic est qui in plateam íngreditur |
b Cum nóvo ornatu speciéque simúl? | ||
841 Pol quámquam domi cupio, ópperiar : |

Quam hic rém || agat, animum advórtam. |

TRINUMMUS, 1115-1119.

Sed hic únus, ut ego súspicor, servát fidem.

1115 Hic homóst omnium hominum praécipuos
Voluptátibus gaudiisque ántepotens. ||
Ita cómmoda quae cupio éveniunt.
Quod ago ádsequitur, subest, || súbsequitur.
1119 Ita gaúdiis gaudium súppeditat. ||

Módo me Stasimus Lésbonici sérvos convenít domi.

TRUCULENTUS, 124-127.

Díniarchusne íllic est?
'Atque is est. | Sálva sis. Ét tu | .

124 Fer cóntra manum || et paritér gradere. |

Trin. 840. An. dimetros duos A duce discripserunt Niemeyerus, Klotzius, *Grunds.*, p. 448, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 113, Spengelius, *Reform.*, p. 166, troch. octonarium, deleto *simul*, Ritschelius Fleckeisenusque.

841. An. dimetrum A duce discripserunt Niemeyerus, Klotzius, Goetzius-Schoellius; junctis v. 841 et 842, an. septenarium fecerunt Muellerus Spengeliusque, troch. octonarium Ritschelius Fleckeisenusque.

Trin. 1115-1119. An. dimetros agnoverunt Reizius, Hermannus, *Elementa*, p. 393, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 408, 422, Ritschelius, Fleckeisenus, Christius, *Metr.*, p. 246, Spengelius, *Reform.*, p. 421, Goetzius-Schoellius. *Omnium hominum* libri, Fleck., Speng., G.-Sch., *hominum omnium* Reizius, Herm., Muell, Ritsch.

1118. *Adsequitur subest subsequitur* libri, Speng., *Plautus*, p. 87, *Reform.*, p. 421 adn., Niemey., G.-Sch., *subit adsecue sequitur* Ritsch., Fleck. Versum corrigendum censet Muellerus, p. 147, delet Hermannus.

1119. *Gaudium suppeditat* B, Herm., Fleck., Speng., Niemey., G.-Sch., *gaudium suppetat* ceteri libri, *gaudia suppeditant* Bothius, Bergkius, Ritsch.

Truc. 124-126. An dimetros agnoverunt Geppertus, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 423, Spengelius in edit. et *Reform.*, p. 52, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

Tuis sérvio atque audiens sum ímperiis. | ||
Quid agís? || Valeo et validúm teneo. |
127 Peregré quoniam advenis céna detur. |

Bene dícis || benignequé vocas,
Astáphium. Amabo |

MOSTELLARIA, 331-332.

Jacéntis tollet póstea nos ámbos aliquis. ||

331 Madet hómo. Tun me ais má-madere?
Cedo mánum : nolo equidem te ádfligi.

Em téne. Age i simul. Quo ego eam án scis? ||

Truc. 127. An. dimetrum constituerunt Muellerus, Spengelius, *Reform.*, p. 422, bacch. tetrametrum restituit Schoellius <*saloos*> ante *peregre* addito, ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Cena detur* A, Camerarius, Sch., G.-Sch., *centur* P, *cena datur* Muell., Speng.

Most. 331. An. dimetrum discripserunt Studemundus, *De Cant.*, p. 36, 49, Spengelius, *Reform.*, p. 209, Klotzius, *Grundz.*, p. 537, Lorenzius, Goetzius-Schoellius. Bacchiacum trimetrum constituebat Ritschelius, reizianum Schoellius. *Ma-madere* Speng., *mammam adere* libri, *mamma madere* Scaliger, Klotzius, *ma-ma-madere* Bothius, Ritsch., *ma-ma-ma-madere* Sch.

Most. 332. An. dimetrum agnoverunt Seyffertus, *De Bacch.*, p. 24, 46, Studemundus, *De Cant.*, p. 36, 49, Spengelius, *l. s. s.*, Lorenzius, Klotzius, Schoellius Goetzius-Schoellius. Bacchiacum trimetrum esse putabat Ritschelius.

LIBER SECUNDUS

De Prosodia

§ 1. *De brevibus breviantibus.*

Non dubium esse videtur quin non modo in anapaesticis, sed in iambicis quoque et trochaicis versibus, iambica vox pro pyrrhichio apud Plautum Terentiumque poni possit, itemque polysyllabae vocis ab iambo incipientis altera syllaba, denique vel monosyllaba vel polysyllabae principialis syllaba, si brevem monosyllabam vel disyllabam vocem sequatur cujus prior syllaba brevis sit et altera synaloepham patiatur, ita corripi possit ut cum antecedenti brevi juncta arsem vel thesem expleat. Eam enim legem a Muellero in libro de Plautina Prosodia patefactam et plurimis exemplis illustratam Ludovicus Havetus in thesi de Saturnio Latinorum versu luculenter confirmavit.

Qui hujus correptionis causam perspexit, nempe post brevem principialem ideo longam corripi quod primae verborum syllabae apud veteres Latinos insequentibus validiores fuerint. Atque hujus priscae pronuntiationis testis est non modo vocalium mediarum immutatio qua verbi gratia *a* in compositis *e* factum est, sed etiam alterius syllabae vel correptio vel syncopa. Nam ex Ἡρακλῆς factum est *Herc(u)les*, ex κυπάρισσος *cupressus*, ex Πολυδεύκης *Pollux*, ex **re-tetuli*, *rettuli*. Cf. Klotzius, *Wiener Studien*, VIII, p. 149.

Sunt tamen qui iambicam correptionem latius patere censeant et propter mediam quoque brevem insequentem longam corripi posse, sicut in *obsĕcrŏ*, *perdĭdĭ*, nec solum in anapaestis, sed etiam iambicorum trochaicorumque versuum quibusdam in pedibus. Cf. Klotz, *Grundz.*, p. 42. Sonnenschein.,

Class. Rev., a. 1893, p. 132, Seyffert, *Berl. phil. Woch.*, a. 1891, p. 878, *Bursiani Annal.*, t. 80, p. 262, Skutsch, *Studien zur Plautinischen Prosodie*, p. 7.

Sed cum creticae voces raro nisi in anapaestis pro uno pede vel pro duobus semipedibus positae inveniantur eaque vocis contractio non necessario ex ultimae syllabae correptione constet, sed et e mediae syncopa pendere possit, ea modo iambicae correptionis exempla in praesentia inquirere decet quae et in anapaestis et in aliis metris saepe admitti inter omnes constat.

A. *De vocibus iambicis quarum altera syllaba positione longa est*

Omnia correptae iambicae vocis exempla, quaecumque in anapaesticis septenariis, octonariis dimetrisque supra collectis inveniuntur, enumerare et quo in loco versus quodque positum sit notare in animo est, ut scire inde possimus num in quibusdam thesibus vel arsibus frequentior, in aliis rarior sit correptio.

In prima thesi : *bonum* Merc. 340 (dim.), *caput* Bacch. 1193 (dim.), *ehem* Pseud. 912 (oct.), *enim* Mil. 1018 (sept.), *malum* Pers. 847(oct.), *satin* Merc. 337 (dim.). *senex* Bacch. 1170 (sept.), *tamen* Stich. 27 (dim.).

In prima arsi : *colunt* Stich. 35 (dim.), *quidem* Bacch. 1105 (oct.), *quidemst* Rud. 926 (oct.), *tamen* Trin. 268 (dim.), *vident* Truc. 105 (oct.).

In thesi secunda : *apud* Cist. 225 (oct), *fidem* Pers. 785 (oct.), *inest* Stich. 321 (dim.), *malum* Pseud. 183 (oct.), *nihil* Stich. 320 (dim.), *novam* Cas. 881 (oct.), *quidem* Mil. 1017 (sept.), *simul* Pseud. 588 (oct.), 1327 (sept.), *vident* Truc. 112 (oct.)

In arsi secunda : *comest* Trin. 250 (dim.), *fidem* Curc. 139 (oct.), *miser* Cist. 223 (sept.).

In thesi tertia : *erum* Stich. 312 (oct.), *potin* Pers. 175 (dim.), *subest* Trin. 1118 (dim.).

In arsi tertia : *quidem* Pers. 179 (dim.), *colunt* Trin. 263 (dim.).

In thesi quarta : *quidem* Pers. 788 (oct.).

In thesi quinta : *caput* Cas. 237 (sept.), *domum* Aul. 149-150 (oct.), *enim* Cas. 728 (oct.), *facit* Pseud. 940 (sept.), *malam* Pseud. 234 (sept.), *volunt* Pseud. 906 (oct.).

In arsi quinta : *abest* Cist. 223-224 (sept.), *aquam* Pers. 792 (oct.), *edunt* Truc. 107-108 (oct.), *habent* Trin. 288 (sept.), *opust* Aul. 723 (oct.), *semel* Bacch. 1202 (sept.), *velim* Pseud. 598 (oct.).

In thesi sexta : *facit* Pseud. 238 (sept).

In arsi sexta : *quidem* Pers. 789-790 (oct.), *super* Pseud. 948 (oct.).

In thesi septima : *ades*[1] Mil. 1030 (sept.), *parem* Pers. 767 (oct.), *potes* Pseud. 945 (sept.), *simul* Pers. 170 (oct.).

In arsi septima : *malum* Stich. 312 (oct.).

In hac enumeratione, eae voces omittuntur quales *suam, eum, eunt, diem* sunt, in quibus plerumque auctore Haveto (*De Saturnio Latinorum versu*, p. 79) discerni nequit utrum altera syllaba corripiatur an ambae coeant. Confer infra, de synizesi. Neque in hunc numerum eas ascripsi quae littera *s* terminantur sicut *magis*, *quibus*. Nam non modo post brevem sed etiam post longam *s* finalis ante consonantem syllabam natura brevem communem facit. Confer infra, de s finali.

Exemplis allatis, apparet saepius in thesi quam in arsi iambicae vocis alteram syllabam positione longam corripi. Nam in thesi triginta quattuor exempla inveni, in arsi viginti. Nec mirum : nam iisdem in versibus voces pyrrhichiae sicut *neque, age,* saepius quoque in thesi quam in arsi ponuntur. In septenariis enim septendecim pyrrhichias voces in prima thesi inveni, unam in prima arsi, quattuor in secunda thesi, unam in secunda arsi, undecim in tertia thesi, quattuor in tertia arsi, unam in quarta thesi, novem in quinta thesi, unam in quinta arsi, tres in sexta thesi, unam in sexta arsi, quinque in septima thesi, in summa quinquaginta in thesi, octo in arsi. In octonariis, viginti quattuor pyrrhichiae voces in prima thesi ponuntur, duae in prima arsi, quattuor in secunda thesi. quattuor in secunda arsi, novem in tertia thesi, tres in tertia arsi, una in quarta thesi, sex in quinta thesi, quinque in quinta

1. *Es* positione apud Plautum longum esse (*ess*) demonstravit Lud. Havetus, *Metr.*, alt. edit., § 135.

arsi, duae in sexta thesi, duae in sexta arsi, tres in septima thesi, quattuor in septima arsi, una in octava thesi, in summa quinquaginta una in thesi, viginti in arsi. In prima dimetrorum thesi quattuordecim inveniuntur, in prima arsi una, in secunda thesi duae, in secunda arsi una, in tertia thesi tres, in tertia arsi duae, in quarta thesi tres, in summa viginti duae in thesi, quattuor in arsi.

Notandum est in septima arsi septenariorum nec vocem pyrrhichiam inveniri nec vocem iambicam corripi, in octava thesi octonariorum vocem pyrrhichiam raro poni et vocis iambicae correptae exempla deesse, in quarta septenariorum octonariorumque thesi paucas inveniri voces pyrrhichias et raro quoque vocem iambicam corripi, plurima autem pyrrhichiae vocis exempla in prima, tertia quintaque thesi exstare, plurima correptae iambicae vocis in primo, secundo quintoque pede.

B. *De vocibus iambicis quarum altera syllaba natura longa est*

In thesi prima: *abi* Trin. 830 (oct.), *abin* Bacch. 1176 (sept.), *adi* Pers. 791 (oct.), *amas* Pers. 177 (dim.), *amor*[1] Trin. 267 (dim.), *brevin* Mil. 1020 (sept.), *cedo* Mil. 1016 (sept.), Most. 332, Pers. 500 (oct.), *domi* Pseud. 183 (oct.), *ego* Bacch. 1082 (oct.), 1177 (sept.), 1192 a (sept.), *egon* Bacch. 1190 (sept.), *fero* Rud. 957 b (dim.), *fugat*[2] Cist. 216 (dim.), *habet*[3] Cas. 661 (dim.), *homo* Mil. 1012 (sept.), *ibi* Truc. 110 (oct.), *jube* Mil. 1093 (sept.), *madet* Most. 331, *male* Pers. 784 (sept.), *mane* Cas. 727 (oct.), *meri* Mil. 1077 (sept.), *move* Pers. 772 (sept.), *novo* Pseud. 601 a (dim.), *probri* Bacch. 1167 a (dim.), *quasi* Mil. 1035 (sept.), *redit*[4] Cas. 719 (oct.), *soror* Bacch. 1149 (sept.), *tace* Curc. 131 (oct.), Stich. 37 (dim.), *tibi* Curc. 139 (oct.), *ubi* Cist. 676 (sept.), Pseud. 913 b (dim.), Rud.

1. *Or* finalem in vocibus quales sunt *amor*, *soror*, *uxor*, semper longum esse apud Plautum demonstravit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 42.
2. De *at* finali apud Plautum semper longo, confer Mueller, *ibid.*, p. 59.
3. De *et* finali in indicativo praesenti et in subjunctivo praesenti et n futuro apud Plautum longo, confer Mueller, *ibid.*, p. 62.
4. De *it* finali in indicativo praesenti quartae conjugationis et in subjunctivo perfecto et in futuro exacto et in perfecto apud Plautum longo, confer Mueller, *ibid.*, p. 67.

933 b (dim.), Trin. 257 (dim.), *velis* Mil. 1026 (sept.), *vide* Cas. 720 (oct.), *viris* Pseud. 174 (oct.).

In arsi prima : *amo* Cas. 225 (oct.), *amor* Cist. 215 (dim.), *dolēs* Stich. 34 (dim.), *ego* Bacch. 1180 (sept.), Cas. 224 (oct.), Curc. 139 (oct.), Curc. 146 (sept.), Pers. 170 (oct.), Pseud. 182 (oct.), Rud. 956 a (dim.), Stich. 41 (dim.), Trin. 256 (dim.), 824 (oct.), Truc. 603 (oct.), *homo* Bacch. 1163 (sept.), 1169 (sept.), *ibi* Poen. 1178 (oct.), *loci* Pseud. 595 (oct.), *lubet* Cist. 214 (dim.), *male* Rud. 221 (oct.), *manu* Trin. 288 (sept.), *mănus* Pers. 772 (sept.), *nisi* Cist. 223-224 (sept.), Mil. 1053 (sept.), Pseud. 178 (oct.), 183 (oct.), Rud. 961 (oct.), *pater* Cist. 225-226 (oct.), *tibi* Pers. 770 (sept.), *ubi* Bacch. 1190 (sept.), Pseud. 1325 (sept.), *vide* Pers. 788 (oct.), *viri* Stich. 29 (dim.).

In thesi secunda : *abis* Mil. 1085 (sept.), *ago* Cist. 703 (sept.), *amăt* Pers. 179 (dim.), 180 (dim.), *cave* Stich. 37 (dim.), *ego* Pseud. 912 (oct.), Bacch. 1152 (oct.), *homo* Bacch. 1188 (sept.), *ibi* Bacch. 1107 (sept.), *loco* Cist. 699 (oct.), *lubet* Cas. 891 (dim.), Pers. 791 (oct.), *nequit* Merc. 338 (dim.), *pari* Bacch. 1108 (sept.), *pater* Bacch. 1105 (oct.), *pudet* Bacch. 1090 (oct.), *soror* Stich. 34 (dim.), *tibi* Bacch. 1150 (sept.), Mil. 1024 (sept.), 1050 (sept.), 1059 (sept.), Pseud. 936 (sept.), *viro* Men. 602 (sept.).

In arsi secunda: *amor* Trin. 264 a (dim.), *boni* Pseud. 936 (sept.), *canes* Trin. 835 (oct.), *dari* Rud. 960 (oct.), *domi* Trin. 841 (dim.), *ego* Aul. 723 (oct.), Rud. 957 a (dim.), *foras* Trin. 243 (dim.), *fores* Stich. 312 (oct.), *foris* Curc. 145 (sept.), *locis* Trin. 823 (oct.), *lubet* Cist. 214 (dim.), Trin. 274 (dim.), *male* Mil. 1069 (sept.), *mali* Trin. 249 (dim.), *mora* Trin. 278 a (dim.), *quasi* Trin. 265 b (dim.), *soror* Stich. 20 (dim.), 41 (dim.), *tibi* Aul. 717 (oct.), Pseud. 939 (sept.), *ubi* Bacch. 1181 (sept.), *volo* Pers. 843 (oct.), Pseud. 167 (oct.).

In thesi tertia: *ego* Cas. 876 (sept.), Pers. 763 (oct.), *fores* Men. 362 (dim.), *foris* Cist. 688 a (dim.), *habet* Mil. 1087 (sept.), *homo* Pseud. 910 (oct.), 1103 (oct.), *ibi* Bacch. 1175 (sept.), *lubet* Curc. 130 (oct.), *mali* Aul. 722 (oct.), *malo* Men. 602 (sept.), *places* Trin. 258 (dim.), *preti* Trin. 257 (dim.), *redi* Pseud. 1326 (sept.), *seni* Cas. 892 (dim.), *tibi* Bacch. 1181 (sept.), 1194 a (dim.), Pers. 847 (oct.), *ubi* Bacch. 1107 (sept.),

Pseud. 913 b (dim.), *volo* Aul. 149-150 (oct.), Bacch. 1149 (sept.).

In arsi tertia: *amas* Trin. 244 (dim.), *bene* Bacch. 1194 a (dim.), Pers. 754 (oct.), *ego* Mil. 1082 (sept.), *foris* Stich. 326 a (dim.), *homo* Mil. 1043 (sept.), *late* Trin. 289 (sept.), *lubet* Curc. 130 (oct.), *male* Men. 602 (sept.), *moror* Bacch. 1187 (sept.), *probis* Trin. 274 (dim.), *scatet* Pers. 177 (dim.), *soror* Stich. 18 (dim.), *stetit* Cist. 700 (oct.), *viros* Pseud. 167 (oct.).

In thesi quarta: *tibi* Bacch. 1159 (sept.), *ubi* Men. 603 (sept.).

In thesi quinta: *adi* Mil. 1037 (sept.), *ago* Pers. 756 (oct.), *amas* Truc. 611 (oct.), *amat* Mil. 1016 (sept.), *bene* Men. 603 (sept.), *boni* Bacch. 1188 (sept.), *bonis* Trin. 822 (oct.), *cedo* Mil. 1019 (sept.), *decet* Bacch. 1107 (sept.), Pseud. 165 (oct.), *dedi* Bacch. 1080 (sept.), *dolis* Bacch. 1095 (oct.), *domi* Cist. 204 (sept.), Cas. 224 (oct.), *ego* Mil. 1015 (sept.), Pers. 764 (oct.), 767 (oct.), Pseud. 1327 (sept.), Stich. 328 (oct.), Bacch. 1177 (sept.), *fores* Stich. 311 (oct.), *habet* Mil. 1065 (sept.), *homo* Bacch. 1106 (oct.), *loqui* Bacch. 1104 (sept.), *lubet* Bacch. 1196 (sept.), *male* Curc. 129 (oct.), Aul. 721 (oct.), *mali* Pers. 844 (oct.), *modo* Mil. 1018 (sept.), *pudet* Cas. 878 (sept.), *redi* Pseud. 1326 (sept.), *tace* Pers. 500 (oct.), *tibi* Bacch. 1156 (sept.), Mil. 1056 (sept.), Pseud. 948 (oct.), *ubi* Mil. 1012 (sept.), *vide* Pseud. 942 (oct.), Stich. 310 (oct.), *viden* Bacch. 1161 (sept.), Mil. 1045 (sept.).

In arsi quinta: *cave* Bacch. 1188 (sept.), *ego* Aul. 724 (oct.), Bacch. 1153 (oct.), Pseud. 174 (oct.), Truc. 606 (sept.), *ibi* Bacch. 1190 (sept.), *lubet* Bacch. 1205 (sept.), Curc. 145 (sept.), *modo* Pers. 795 (oct.), 796 (oct.), Pseud. 1326 (sept.), *tibi* Curc. 129 (oct.), 138 (oct.), Mil. 1038 (sept.).

In thesi sexta: *loco* Pers. 843 (oct.), *mane* Men. 603 (sept.), *monet* Pseud. 940 (sept.), *moror* Pers. 767 (oct.), *probe* Pers. 756 (oct.), *tago* Mil. 1092 (sept.), *tibi* Mil. 1015 (sept.), 1031 (sept.), *volo* Bacch. 1156 (sept.).

In arsi sexta: *cedo* Pers. 767 (oct.), *foret* Trin. 822 (oct.), *homo* Bacch. 1098 (oct.), *manus* Trin. 288 (sept.), *poplo* Pseud. 178 (sept.), *probe* Pers. 173 (oct.), *soror* Poen. 1184 (sept.), *tibi* Mil. 1078 (sept.), *veto* Curc. 145 (sept.).

In thesi septima: *abis* Mil. 1087 (sept.), *cedo* Pers. 772 (sept.), *ego* Aul. 715 (oct.), Bacch. 1102 (sept.), *foris* Cist. 204 (sept.), *habes* Mil. 1041 (sept.), *memor* Pseud. 940 (sept.), *modi* Mil. 1023 (sept.), *modo* Cas. 875 (sept.), Cist. 699 (oct.), *natis* Pers. 847 (oct.), *nisi* Pseud. 1104 (oct.), *pedes* Stich. 311 (oct.), *quasi* Aul. 719 (oct.), *tene* Aul. 713 (oct.), *tibi* Mil. 1076 (sept.), Pers. 499 (oct.).

In arsi septima: *doli* Pseud. 941 (oct.), *foret* Trin. 837 (oct.), *mali* Bacch. 1105 (oct.), *soror* Poen. 1182 (oct.), *tene* Aul. 713 (oct.).

Vocis *mihi* exempla omisi, quod ubique *mi* legi potest.

Sicut eae iambicae voces quarum altera syllaba positione solum longa est, eae quoque in quibus natura longa est, saepius in thesi quam in arsi pro pyrrhichiis ponuntur. Nam centum quinquaginta una in thesi, centum in arsi numerantur.

Ut *volunt*, *senex*, ita *doles*, *mali* nec in septima arsi septenariorum nec in octava thesi octonariorum, raro autem in quarta thesi tetrametrorum corripiuntur et plurima quoque exempla in primo, secundo quintoque pede inveniuntur.

C. *De vocibus polysyllabis quarum principialis syllaba brevis est et secunda positione longa est*

In thesi prima: *tabellas* Pers. 497 (sept.), *voluptatibus* Trin. 1116 (dim.).

In arsi prima: *Achilles* Mil. 1054 (sept.), *juventute* Poen. 1183 (oct.), *Philoxene* Bacch. 1106 (oct.)[1].

In thesi secunda: *sagittatis* Trin. 242 b (dim.).

In arsi secunda: *venustissuma* Poen. 1177 (oct.).

In thesi tertia: *tametsi* Stich. 41 (dim.), *venustatum* Poen. 1178 (oct.).

In thesi quarta: *potestas* Trin. 822 (oct.), *oportet* Rud. 922 (oct.).

In thesi quinta: *gubernabunt* Mil. 1091 (sept.), *Philippi* Mil. 1064 (sept.), *satellites* Trin. 833 (oct.), *talentum* Mil. 1061 (sept.).

1. *Philoxene* in initio versus Goetzius, Goetzius-Schoellius libris ducibus collocarunt. Sed jure, ut videtur, Spengelius <*o*> addidit. Vide infra, § 7, II, 2.

In thesi sexta: *Philippi* Mil. 1061 (sept.).
In arsi sexta: *mamillae* Pseud. 180 (oct.).
In arsi septima: *dedisti* Cas. 238 (sept.).

Hujus quoque correptionis, quae quidem superioribus rarior est, plura sunt in thesi exempla quam in arsi: nam duodecim in thesi, sex in arsi inveni. Neque aliter de iis polysyllabis vocibus res se habet quarum et principialis et secunda syllaba natura brevis est. Nam iisdem in versibus quadraginta novem voces sicut *mŭlĭer*, *ănĭmule*, *pĕdĕtemptim* in prima thesi incipiunt (viginti duae in septenariis, viginti septem in octonariis, decem in dimetris), septendecim in prima arsi (decem in septenariis, quinque in octonariis, duae in dimetris), quinquaginta novem in secunda thesi (viginti in septenariis, viginti duae in octonariis, septendecim in dimetris), triginta octo in secunda arsi (octo in septenariis, septendecim in octonariis, tredecim in dimetris), quadraginta tres in tertia thesi (undecim in septenariis, sedecim in octonariis, sedecim in dimetris), triginta duae in tertia arsi (decem in septenariis, quindecim in octonariis, septem in dimetris), nonaginta sex in quarta thesi (triginta una in septenariis, triginta tres in octonariis, triginta duae in dimetris), tres in quarta arsi (una in septenario, duae in octonariis), quadraginta in quinta thesi (quindecim in septenariis, viginti quinque in octonariis), viginti quattuor in quinta arsi (tredecim in septenariis, undecim in octonariis), viginti novem in sexta thesi (duodecim in septenariis, septendecim in octonariis), viginti una in sexta arsi (decem in septenariis, undecim in octonariis), viginti tres in septima thesi (quinque in septenariis, duodeviginti in octonariis), triginta novem in septima arsi (viginti septem in septenariis, duodecim in octonariis), viginti quattuor in octava octonariorum thesi, in summa trecentae septuaginta tres in thesi, centum septuaginta quattuor in arsi.

Non mirum est si *dĕdĭsti* in septima arsi septenarii, *pŏtĕstas*, *ŏpŏrtet* in quarta octonariorum thesi corripiuntur, quandoquidem vocum anapaesticarum initium quibus aequantur, saepissime et in septima septenariorum arsi et in quarta thesi ponitur.

D. *De polysyllabis vocibus quarum principialis syllaba brevis est et secunda natura longa est.*

Nullum aliud exemplum inveni praeter *ubiquomque* in quinta thesi octonarii Cas. 226. In hoc autem composito verbo *ubi* tanquam iambica vox corripitur.

E. *Vox monosyllaba brevis insequentem monosyllabam positione longam breviat.*

In thesi prima: *an id* Stich. 34 (dim.), *quid est* Aul. 718 (oct.), Bacch. 1156 (sept.), Mil. 1073 (sept.), *sed hic* Rud. 937 a (dim.).

In arsi prima : *pol id* Bacch. 1194 b (dim.), *pol hoc*[1] Truc. 109 (oct.), *quid est* Curc. 130 (oct.).

In thesi secunda: *ut est* Bacch. 1191 (sept.).

In thesi tertia: *et hoc* Pseud. 598 (oct.).

In thesi quarta : *quid ad* Pers. 497 (sept.).

Hoc igitur correptionis genus, quod primo supra (A) exposito simile est, saepius quoque in thesi quam in arsi invenitur. Atque in primo pede plurima sunt exempla.

F. *Vox monosyllaba brevis insequentem monosyllabam natura longam breviat.*

In thesi prima: *in hoc* Cist. 699 (oct.), *sed hic* (adv.) Mil. 1019 (sept.).

In thesi quinta : *quid hic* Mil. 1087 (sept.), *ut it* Pseud. 911 (oct.).

Nec plura in thesi exempla, nec ullum in arsi inveni.

G. *Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentem monosyllabam positione longam breviat*

In thesi prima: *neque ab* Poen. 1183 (oct.).

1. *Hocc* pronuntiabatur.

In arsi secunda: *dabo at* Pers. 847 (oct.), *manum et* Truc. 124 (dim.), *quidem es* Bacch. 1169 (sept.).

In thesi tertia: *bibo at* Pers. 170 (oct.), *tibi ut* Pers. 178 (dim.).

In arsi tertia: *ago et* Trin. 821 (oct.), *dabo et* Pseud. 939 (sept.).

In thesi quinta: *amo et* Pseud. 944 (sept.), *neque hoc* Cas. 875 (sept.), Pseud. 910 (oct.), *quasi hunc* Mil. 1026 (sept.), *domum ut* Mil. 1089 (sept.), *volo ut* Rud. 960 (oct.).

In arsi quinta: *ego hanc* Pseud. 586 (oct.).

In thesi sexta: *nisi hoc* Rud. 913-914 (oct.), *sibi hunc* Bacch. 1097 (oct.).

In thesi septima: *famem et* Aul. 722 (oct.), *malast* Bacch. 1161 (sept.).

In summa hujus correptionis, quae cum iambicarum vocum sicut *vident* correptione comparanda est, tredecim exempla sunt in thesi, sex in arsi.

H. *Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentem monosyllabam natura longam breviat.*

In arsi prima: *quidem huc* Pers. 787 (oct.).

In thesi quinta: *nisi huic* Mil. 1059 (sept.).

In thesi septima: *fero hic* Rud. 913-914 (oct.).

I. *Vox monosyllaba brevis insequentis polysyllabae principialem syllabam positione longam breviat.*

In thesi prima: *quod ecbibit* Trin. 250 (dim.), *at eccastor* Truc. 111 (oct.), *sed eccum* Pseud. 911 (oct.), *ut illi* Cas. 227 (oct.), *ab illa* Mil. 1048 (sept.), *quid inde* Rud. 960 (oct.), *et intus* Cist. 688 (dim.), *quid istae* Pers. 499 (oct.), *ut istuc* Bacch. 1171 (sept.), Stich. 26 (dim.), *quid istic* Stich. 321 (dim.), *pol istuc* Mil. 1017 (sept.).

In arsi prima: *ab illarum* Mil. 1047 (sept.), *quid istuc* Bacch. 1160 (sept.).

In thesi quarta: *quid illaec* Mil. 1031 (sept.).

In thesi quinta: *ut extempulo* Rud. 927 (oct.), *ab illa* Mil.

1046 (sept.), *quid illam* Mil. 1068 (sept.), *et inter* Pseud. 947 (oct.), *sed uxor* Cas. 227 (oct.).

In thesi sexta : *an illac* Cist. 679 (oct.), *pol istuc* Mil. 1076 (sept.).

Ergo hujus correptionis, quae cum polysyllabarum vocum correptione quales sunt *talentum*, *venustatum* (supra, C), comparanda est, viginti exempla sunt in thesi, duo solum in arsi.

K. *Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentis polysyllabae principialem syllabam positione longam breviat.*

In thesi prima : *senem illum* Bacch. 1150 (sept.), *ibi ille* Trin. 245 (dim.), *neque ille* Stich. 24 (dim.), *ubi intro* Cas. 881 (oct.), *ego istuc* Pseud. 945 (sept.), Rud. 958 a (dim.), Pers. 178 (dim.).

In arsi prima : *ego istuc* Bacch. 1202 (sept.), *novo ornatu* Trin. 840 b (dim.).

In thesi secunda: *quidem esse* Bacch. 1194 b (dim.), *tibi exoptatum* Mil. 1011 (sept.), *tibi occasio* Rud. 927 (oct.).

In arsi secunda : *ibi inridiculo* Pœn. 1183 (oct.).

In thesi quarta: *ego ipsus* Bacch. 1160 (sept.).

In thesi quinta: *bona atque* Truc. 112 (oct.), *ubi effeceris* Pseud. 946 (sept.), *ubi ille* Pseud. 597 (oct.), *ubi isti* Pseud. 179 (oct.).

In arsi quinta : *quidem actutum* Bacch. 1204 (sept.).

In arsi sexta : *ere atque* Curc. 146 (sept.), *ago atque* Trin. 824 (oct.).

In thesi septima : *quidem addictos* Bacch. 1205 (sept.).

Iu summa sedecim exempla sunt in thesi, sex in arsi.

L. *Vox monosyllaba brevis insequentis polysyllabae principialem syllabam natura longam breviat.*

Unum modo exemplum inveni Bacch. 1195 *id eventurum* , in quinta septenarii arsi. Quod cum *ubĭquomque* (supra, D) comparandum est, nam praepositio *e* in composita voce tanquam vox simplex post monosyllabam brevem corripitur.

Ad summam si omnia haec, quae singillatim consideravimus,

iambicae correptionis genera conferemus, primo notabimus in thesi plura semper quam in arsi exempla inveniri. Perperam igitur quidam grammatici sicut Klotzius (*Grundz.*, p. 65) contenderunt iambicae correptionis metricam, non prosodiacam esse causam, scilicet non ideo brevem cum insequenti longa pro duabus brevibus poni quod principialis verborum syllaba natura fuerit validior et majore voce pronuntiari solita sit, sed quod in versu brevis sub ictu posita insequenti validius dicta sit. Nam si ita res se haberet, mirum esset breves breviantes saepius in thesi quam in arsi collocari.

Ad haec animadvertemus syllabam positione longam sive in fine vocis, sive in initio, sive in media voce, pariter corripi posse, etiam si sub accentu grammatico posita sit, sicut in *Achĭlles, talĕntum, et ĭntus, sed ŭxor;* natura contra longam in verborum fine tantum corripi. Nam in compositis vocibus, *ubi, e* eodem modo quo separatae voces tractantur.

§ 2. — *De encliticis breviantibus*

Luchsio duce qui in Commentationibus prosodiacis Plautinis (Erlangen, 1884) *hic quidem* pro anapaesto haberi et *hĭquidem* pronuntiari conjecerat, Buechelerus (*Archiv f. Lat. Gramm.*, III, p. 144) monosyllabas voces cum enclitico *quidem* junctas corripi contendit, verbi gratia *tŭquidem, mĕquidem;* eique assensi sunt Seyffertus, *Burs. Ann.*, t. 90, p. 57, Skutschius, *Stud.*, p. 12, Goetzius-Schoellius qui *tuquidem es* Bacch. 1169 sept.), *mequidem* Stich. 329 (oct.), *isquidém* Pers. 179 (dim.), *hicquidemst* Bacch. 1105 (oct.), Pers. 789-790 (oct.), *siquidem húc* Pers. 787 (oct.) scripserunt.

At in Plautinis anapaestis nihil testatur potius *tŭquĭdem ēs* quam *tū quĭdem ĕs*, *mĕquĭdem* quam *mē quĭdĕm*, *ĭsquĭdēm* quam *īs quĭdĕm*, *hĭcquĭdēmst* quam *hīc quĭdĕmst*, *sĭquĭdem hūc* quam *sī quĭdem hŭc* metiendum esse. Nam iambica vox *quidem* sive post pronomina *tu, me, is* vel conjunctionem *si*, sive post pronomina *id* (Bacch. 1194 b dim., *tam pól id quĭdem ĕsse*), *istuc* (Mil. 1017 *istúc quĭdĕm*), vel post monosyllabam conjunctionem *quam* (Bacch. 1204 sept., *quam quĭdem ăctutum*), vel

post adverbium *hic* (Pers. 788 oct., *hīc quĭdĕm*) ponitur, eodem modo quo ceterae iambicae voces tractari potest.

Quandoquidem in anapaestis non inveni.

Quod autem Skutschius, *l.s.s.*, de *quĭsquis*, *quĭcquid*, *sĭ quis*, *sĭ quid* et similibus conjecit parum veri simile videtur. Confer *sī quīs* Cist. 678, *quīcquĭd* Rud. 925, 926.

§ 3. — *De synizesi in iambicis (vel iambice incipientibus) vocibus.*

In multis iambicis (vel iambice incipientibus) vocibus saepe dubium est utrum altera syllaba corripiatur an synizesis facta sit.

Nam metiri possis verbi gratia *dŭĭnt* vel *du̯īnt* Pseud. 936 (sept.), *sŭŏm* vel *su̯ōm* Pseud. 1104 (oct.), *dĭĕs* vel *di̯ēs* Aul. 722 (oct.), *scĭŏ* vel *sci̯ō* Aul. 718 (oct.), *ĕăm* vel *eām* Mil. 1050 (sept.), *mĕĭs* vel *meīs* Mil. 1029, *ĕăndem* vel *eāndem* Mil. 1071, *dĭem hŭnc* vel *di̯em hunc* Poen. 1188 (oct.), *scĭo ĕt* vel *sci̯o et* Pers 176 (dim.), *sŭom ŏfficium* vel *su̯om officium* Stich. 34, 40. Scilicet in vocibus *dies*, *suom*, similibusque, *i* et *u* seu pro vocali seu pro semivocali haberi possunt, itemque *e* in *eam*, *meis*. De *e* semivocali, confer Gust. Meyer, *Griechische Grammatik*, § 151. In *ais*, *ait*, contra, altera vocalis pro semivocali haberi potest: nam *ăĭn* vel *ai̯n* Truc. 609 (oct.), *ăĭt* vel *ai̯t* Mil. 1032 metiaris licet.

Nonnulli autem sunt loci in quibus non dubium est quin synizesis facta sit. Nam Bacch. 1157 *sci̯ō* in caesura septenarii disyllabum esse non potest:

> Nihilí sum. Istuc jam prídem scio : sed quí nihili's, [id mémora.

Libris enim ducibus, *jam pridem scio* scripserunt Vossius Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, nec jure *scio jam pridem* correxerunt Bothius Muellerusque.

Item Bacch. 1153 *tuom* in caesura octonarii monosyllabum esse oportet:

> Facito út facias. Tacéas. Tu tuom facito : égo quod dixi [haud mútabo.

Haec libris tradita verba Vossius et Goetzius et Spengelius

et Goetzius-Schoellius servaverunt. Injuria autem Muellerus *tace* pro *taceas* correxit ut synizesim in caesura vitaret.

Cist 700 (oct.) libri sic habent :

Neque prórsum iit hac : hic stétit, hinc illuc éxiit. Hic [concílium fuit.

Quod non necesse videtur cum Muellero trajecto *fuit* ante *concilium* corrigere. Nam sicut in caesura, ita in versus exitu synizesim admitti posse libri testantur, atque in sequentis versus fine (Cist. 701, sept., *vestigium*) Spengelius Schoelliusque admiserunt. Confer infra.

Vel certior est synizesis in vocibus *tuōrum* Mil. 1013 (sept.), *fuērunt* Bacch. 1087 (sept.), *eōrum* Truc. 112 (oct.), *eōsdem* Trin. 292 (oct.). Nam metiri non possis *tŭŏrum*, *fŭĕrunt*, *ĕŏrum*, *ĕŏsdem*, quandoquidem supra vidimus natura longam in verborum fine tantum corripi.

Denique Stich. 39 (dim.) *meo* ante *animo*, id est ante duas breves, collocatur et *meo ănĭ*-pro uno semipede ponitur :

Quia pól meo animo omnis sápientis.

Sic Ambrosiano et Palatinis ducibus Spengelius et Goetzius-Schoellius scripserunt. Ergo hic in *meo*, *o* ante vocalem eliditur et *e* semivocalis partes defendit.

Itaque cum nusquam *scĭŏ*, *tŭŏm*, pluribus autem in locis *sc̯iō*, *t̯uōm* metiri necesse sit, dubiis in locis *sc̯iō*, *t̯uōm* similiaque metiri praestat.

§ 4. — *De cretico pro anapaestico pede vel pro duobus semipedibus posito.*

Inter omnes hodie constat creticos (‾ ˘ ‾) sicut *aggerunt* vel *compedes* pro uno pede vel duobus semipedibus in Plautinis anapaestis nonnunquam poni. Sed de re, non de rei causa et ratione consentiunt. Nam alii alteram cretici longam, alii priorem corripi, alii mediam brevem tanquam elidi putaverunt, alii priorem cretici longam et mediam brevem pro duabus brevibus per licentiam anapaestis propriam et propter metri necessitatem poni contenderunt. Operae igitur pretium

est res diligentissime explorare et conferre, antequam inquiramus quomodo explanandae sint.

Primum ergo omnes locos colligemus in quibus creticus pro uno pede vel duobus semipedibus ponitur, sive ex una voce (sicut *virgines*) constat, sive ex ultimis, sive e primis alicujus vocis syllabis, sive e trochaica voce (vel vocis fine) et monosyllaba, sive e cretica vel dactylica voce (vel vocis fine) cujus ultima syllaba synaloepham patitur et monosyllaba, sive e trochaica voce (vel vocis fine) et polysyllabae vocis principiali syllaba, sive e cretica vel dactylica voce (vel vocis fine) cujus ultima syllaba synaloepham patitur et polysyllabae vocis principiali syllaba. Ceterum in quoque exemplorum ordine discernemus utrum tertia cretici syllaba positione an natura longa sit.

A. *De creticis vocibus quarum ultima syllaba positione longa est.*

In primo pede : *interim* Pers. 174 (oct.), *Juppiter* Poen. 1187 (oct.), *oppidum* Rud. 934 a (dim.), *sumbolum* Pseud. 598 (oct.).

In secundo pede : *appetit* Cist. 216 (dim.), *ducitur* Trin. 251 (dim.), *oppidum* Pseud. 587 (oct.), *quempiam* Truc. 105, 106 (oct.).

In secundo tertioque pede : *conprimit* Merc. 340 (dim.), *gaudium* Trin. 1119 (dim.), *Juppiter* Pers. 755 (oct.), *unciam* Rud. 913-914 (oct.).

In tertio pede : *glandium* Pseud. 166 (oct.), *labitur* Trin. 243 (dim.), *Paegnium* Pers. 772 (sept.), *vidulum* Rud. 936 b (dim.).

In quinto pede : *dividam* Pers. 757 (oct.), *filium* Bacch. 1175 (sept.), *neminem* Bacch. 1180 (sept.), *omnium* Poen. 1188 (oct.), *singulum* Cist. 701 (sept.), *vinéam* Curc. 139 (oct.).

In quinto sextoque pede : *attinent* Pers. 497 (sept.), *consulunt* Pers. 844 (oct.), *gratiam* Pseud. 1322 (oct.), *utimur* Bacch. 1108 (sept.).

In sexto pede : *gratiam* Truc. 111 (oct.).

In sexto septimoque pede : *conditumst* Pseud. 575 (oct.).

In septimo pede : *aggerunt* Truc. 112 (oct.), *sospitem* Poen. 1188 (oct.).

Exempla omisi in quibus *s* finalis caduca esse potest, sicut *moribus* Cist. 221-222 (sept.), *Toxilus* Pers. 781 (oct.). Confer infra.

B. *De creticis vocibus quarum ultima syllaba natura longa est.*

In primo pede: *feceris*[1] Trin. 279 (dim.), *filii* Bacch. 1204 (sept.), *filios* Bacch. 1168 a (dim.), *ilico* Trin. 243 (dim.), *nescio* Aul. 714 (oct.), *perdidi* Aul. 724 (oct.), *saviis* Trin. 242 b (dim.), *septumas* Pseud. 597 (oct.).

In primo secundoque pede: *dignior* Mil. 1043 (sept.), *gaudiis* Trin. 1119 (dim.), *impera* Mil. 1031 (sept.), *improbis* Trin. 275 (dim.), *Persia* Pers. 498 (sept.), *pridie* Mil. 1083 (sept.).

In secundo pede: *attinet* Cist. 701 (sept.), *improbi* Stich. 43 (dim.).

In secundo tertioque pede: *accubet* Bacch. 1192 a (sept.), *advenis* Truc. 127 (dim.), *altero* Cist. 699 (oct.), *audiens* Truc. 125 (dim.), *aurei* Stich. 25 (dim.), *filio* Bacch. 1197 (sept.), *gaudiis* Trin. 1116 (dim.), *maxume* Mil. 1024 (sept.), *occidi* Aul. 713 (oct.).

In tertio pede: *ceteris* Trin. 279 (dim.), *dicito* Mil. 1088 (sept.), *ilico* Cas. 721 (oct.), *opsequens* Pers. 181 (sept.).

In tertio quartoque pede: *constitit* Cist. 699 (oct.), *nescio* Bacch. 1104 (sept.), Pers. 844 (oct.).

In quarto pede: *obtigit* Rud. 927 (oct.).

In quinto pede: *censeo* Rud. 961 (oct.), *convenit* Pseud. 178 (oct.), *filiis* Bacch. 1206 (sept.), *filio* Trin. 839 (oct.), *gratias* Trin. 821 (oct.), *inprobae* Pseud. 183 (oct.), *nescio* Curc. 128 (oct.), *otio* Trin. 838 (oct.), *perdidi* Rud. 222 (oct.).

In quinto sextoque pede: *compedes* Pers. 786 (oct.), *exiit* Cist. 700 (oct.), *filii* Mil. 1081 (sept.), *filio* Bacch. 1164 (sept.), *gratias* Trin. 824 (oct.), *inmemor* Pseud. 1104 (oct.), *liberas* Pers. 845 (oct.), *obsecro* Aul. 715 (oct.), *pallio* Cas. 237 (sept.), *rustica* Pers. 169 (oct.), *sobrie* Pseud. 939 (sept.), *temperi* Rud. 921 (oct.), *transeat* Mil. 1089 (sept.).

1. De *is* in subjunctivo perfecto et in futuro exacto apud Plautum longo, confer Mueller, *l. l.*, p. 51.

In sexto pede : *aurea* Curc. 139 (oct.), *ceteris* Poen. 1183 (oct.), *obtulit* Aul. 722 (oct.), *perdito* Cist. 223-224 (sept.).

In sexto septimoque pede: *liberet* Rud. 927 (oct.), *machinas* Pers. 785 (oct.), *nuptiis* Cas. 876 (sept.), *prospere* Pseud. 574 (oct.), *sedulo* Pers. 843 (oct.), *suscitet* Rud. 922 (oct.), *virgines* Pers. 845 (oct.).

In septimo pede: *litteras* Pers. 173 (oct.), *perdidi* Poen. 1189 b (oct.).

In septimo octavoque pede: *ilico* Mil. 1030 (sept.), *persequar* Cist. 698 (oct.).

C. *De vocibus in creticum desinentibus quarum ultima syllaba positione longa est.*

In secundo pede: *Calydoniam* Poen. 1182 (oct.).

In quinto sextoque pede: *exercitum* Pseud. 587 (oct.).

In sexto pede : *avariter* Curc. 126-127 (oct.).

In septimo octavoque pede : *vestigium* Cist. 701 (sept.).

D. *De vocibus in creticum desinentibus quarum ultima syllaba natura longa est.*

In primo secundoque pede: *postriduo* Mil. 1082 (sept.).

In secundo tertioque pede: *ingurgitat* Curc. 126-127 (oct.). *occasio* Rud. 927 (oct.).

In tertio pede : *amiseris* Bacch. 1195 (sept.), *venustissuma* Poen. 1177 (oct.).

In quinto sextoque pede : *effeceris* Pseud. 946 (sept.), *extempulo* Rud. 927 (oct.).

In sexto pede: *exercitu* Pers. 754 (oct.).

E. *De vocibus a cretico incipientibus quarum tertia syllaba positione longa est.*

In primo pede: *perditissumus* Aul. 723 (oct.).

In secundo tertioque pede: *praepotentes* Poen. 1182 (oct.).

F. *De trochaicis (vel in trochaeum exeuntibus) vocibus cum monosyllabis positione longis junctis.*

In primo pede : *inde me et* Pseud. 588 (oct.).

In primo secundoque pede : *illud est* Trin. 259 (dim.), *quicquid est* Merc. 337 (dim.).

In secundo tertioque pede : *saepe sunt* Pers. 848 (oct.).

In sexto pede : *mandata sunt* Pers. 182 (sept.).

G. *De trochaicis (vel in trochaeum exeuntibus) vocibus cum monosyllabis natura longis junctis.*

In secundo tertioque pede: *mitte med* Mil. 1067 (sept.).

In tertio pede: *ocelle mi* Trin. 245 (dim.).

In quinto pede: *mitte me* Pseud. 239 (sept.).

In quinto sextoque pede : *necne sit* Mil. 1051 (sept.), *Aetna mons* Mil. 1065 (sept.).

H. *De creticis dactylicisve (vel in creticum dactylumve exeuntibus) vocibus quarum ultima syllaba synaloepham patitur cum monosyllabis positione longis junctis.*

In primo pede: *prandium ut* Men. 367 (dim.).

In primo secundoque pede : *omnia in* Pseud. 941 (oct.).

In secundo tertioque pede: *calleo et* Pers. 176 (dim.), *fabulast* Pers. 788 (oct.).

In quinto pede : *visere est* Cist. 227-228 (oct.).

In quinto sextoque pede: *ducere ei*[1] Aul. 149-150 (oct.), *vestigium in* Cist. 698 (oct.).

In sexto pede : *pellego hau* Pers. 500 (oct.).

In sexto septimoque pede: (*nobilest* Trin. 828, oct.).

1. Diphthongum cum syllaba positione longa potius quam cum syllaba natura longa comparandam esse recte monet Lud. Havetus, *Metr.*, alt. edit., § 129, in adnot. Atqui *ei* interjectio etiam diphthongus erat, cum in ceteris vocibus *ei* Plautina aetate *ī* pronuntiaretur.

I. *De creticis dactylicisve vocibus quarum ultima syllaba synaloepham patitur cum monosyllabis natura longis junctis.*

In primo secundoque pede: *obsecro has* Stich. 326 a (dim.).
In tertio pede : *pellege hae* Pers. 497 (sept.).

K. *De trochaieis (vel in trochaeum exeuntibus) vocibus cum principiali polysyllabae vocis positione longa syllaba junctis.*

Unum exemplum inveni Cas. 726 (oct.), *excuratus incessisti*, sed minime necesse est pro *incessisti* quod Ambrosiano et ceteris libris traditum est *cessisti* corrigere.

L. *De trochaicis vocibus cum principiali polysyllabae vocis natura longa syllaba junctis.*

In primo pede: *digna diva* Poen. 1177 (oct.).

Sic enim A et P ducibus scripsit Spengelius, nec *dea* pro *diva* corrigendum est, nam alliteratio *di- di-* servanda videtur.

Quomque me oratricem Mil. 1072 (sept.). Jure enim nec *que* quod C D F habent et post prius *quom* ratio grammatica postulat nec *me* omnibus libris traditum omiserunt Goetzius-Schoellius.

In tertio quartoque pede: *cena detur* Truc. 127 (dim.). Sic A duce Camerarius et Schoellius et Goetzius-Schoellius scripserunt, nec *cena datur* Muellerus Spengeliusque jure correxerunt, nam sententia subjunctivum postulat. Hic autem versiculus sane an. dimeter est sicut ii quos sequitur paroemiacumque antecedit.

M. *De creticis dactylicisve (vel in creticum dactylumve exeuntibus) vocibus quarum ultima syllaba synaloepham patitur cum principiali polysyllabae vocis positione longa syllaba junctis.*

In primo secundoque pede: *servio atque* Truc. 125 (dim.).
In secundo pede: *nemine accipiet* Mil. 1062 (sept.), *Sagaristio accumbe* Pers. 767 (oct.).

In quinto pede: *integro exercitu* Pers. 754 (oct.).
In sexto septimoque pede: *pessume ornatus* Aul. 721 (oct.).

N. *De creticis vocibus quarum ultima syllaba synaloepham patitur cum principiali polysyllabae vocis natura longa junctis.*

In primo secundoque pede: *piscium ullam* Rud. 913-914 (oct.). Plane certum est hoc exemplum, nam neque Bothius, neque Muellerus, *Plaut. Pros*, p. 325, neque Spengelius, *Reform.*, p. 412, neque Schoellius, neque Sonnenscheinius, neque Goetzius Schoellius haec verba corrigi posse crediderunt neque dubitaverunt quin hic versus anapaesticus octonarius esset.

Nunc ergo collectis omnibus, ut videtur, exemplis in quibus creticus pro uno pede vel duobus semipedibus in continuis septenariis, octonariis dimetrisque ponitur, expendamus quaênam ex allatis causis optime cum universis conveniat. Nam cum haec omnia quadam necessitudine et cognatione inter se jungantur, non alia aliter explananda sunt.

Primo inquiramus num, ut Lud. Havetus censet (*Metr.*, quint. edit., § 185), mera licentia sit et metricae necessitati solum tribuendum si in anapaesticis versibus creticus pro uno pede vel duobus semipedibus ponatur. Havetus enim neque alterutram cretici longam plane corripi, neque mediam brevem ullo modo supprimi putat, sed cum creticae voces in anapaesticos versus intrare per se non possent, Plautum maluisse anapaesticum numerum adulterare et trochaeum pro duabus brevibus admittere quam tales voces ab anapaestis excludere.

Nonnullae quidem voces in anapaestis admitti non possunt nisi anapaesticus numerus adulteratur aut ipsae aliquo modo imminuuntur. Tales sunt *attinent*, *consulunt*, *aggerunt*, *filios*, *septumas*, *ceteris*, *obsequens*, *perditissumus*, similiaque exempla quadraginta duo supra (A, B, D, E) enumerantur. Sed plura inveniuntur quae metricae necessitati tribui non possunt. Nam dactylicas voces *Juppiter*, *appetit*, *ducitur*, *conprimit*, *labitur*, *utimur* quas Plautus in locis supra signatis (A) ante consonan-

tem collocavit et hoc modo creticas effecit, ante vocalem collocare licebat. Idem dicendum est de voce *avariter* (supra, C) quae in dactylum desinit. Alias contra dactylicas voces quae, sicut *omnia, visere, ducere, fabula, nemine, pellege*, vocali terminantur, ante consonantem collocare fas erat vel ante vocalem brevem : confer *pūtĭde, ămator* Bacch. 1163 (sept.), *lībĕra ĕa* Pers. 181 (sept.), *dīcĕre ămare* Truc. 607-608 (sept.).

Eae quoque voces quae in *m* desinunt, sicut *interim, oppidum, sumbolum, quempiam, gaudium, unciam, glandium, Paegnium, vidulum, dividam, filium, neminem, omnium, singulum, vineam, gratiam, conditum, sospitem* (supra, A), *Calydoniam, exercitum, vestigium* (supra, C), *prandium, vestigium* (supra, H), *piscium* (supra, N) et eae quae longa vocali terminantur, sicut *filii, ilico, nescio, perdidi, impera, Persia, pridie, improbi, altero, aurei, filio, maxume, occidi, dicito*, etc. (confer, supra, B), *postriduo, occasio, venustissuma, extempulo, exercitu* (supra, D), *calleo, pellego* (supra, H), *obsecro* (supra, I), *servio, Sagaristio, integro* (supra, M), in anapaesticis versibus facile admitti poterant, dummodo ante vocalem brevem collocarentur. Confer *praēmĭum ŭt* Poen. 1190 (oct.), *īnstrŭam ăgrum* Rud. 930 (oct.), *aūdĭam ĕgo* Stich. 37 (dim.); *dētŭli hĭc* Mil. 1049, *nescio ĕm* Curc. 128 (oct.), *vērbĕro ĕgo* Mil. 1056, *īnclŭtae ămicae* Pseud. 174 (oct.). Denique trochaicae vel in trochaeum exeuntes voces, sicut *inde, illud, quicquid, saepe, mandata* (supra, F), *mitte, ocelle, necne, Aetna* (supra, G), *excuratus* (supra, K), *digna, quomque, cena* (supra, L), sine ulla licentia anapaestico metro accommodari poterant. In summa centum exempla supra enumerantur in quibus minime necesse erat creticum pro uno pede vel duobus semipedibus poni. Non verisimile est Plautum tam multis in locis anapaesticum numerum libidine adulteravisse.

Ceterum vel in creticis vocibus quales sunt *attinent, ceteris*, non necessario immutabatur anapaesticus numerus, si ipsae aliquo modo imminui poterant, seu priorem longam seu posteriorem corripere licebat, seu mediam brevem syncopa vel synizesi supprimere.

Nemo autem, credo, unquam putavit, ubicumque creticus pro anapaestico pede vel duobus semipedibus ponatur, cretici

priorem longam corripi. Nam Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 404 seq., modo priorem, modo alteram cretici longam pro brevi haberi contendit, nempe priorem cum altera sub ictu sit, alteram autem cum prior in arsi collocetur. Ergo *ădgerúnt* Truc. 112 (oct.), *ăttinént* Pers. 497 (sept.), *cĕteris* Pœn. 1183 (oct.), *dĭcitó* Mil. 1088, *fĭlii* Bacch. 1204 (sept.) et cet. metitus est, sed *filiŏ* Bacch. 1164 (sept.), *áccubĕt* Bacch. 1192 (sept.), *inperă* Mil. 1031 et cet.

Spengelius vero, quanquam intellexit seu pro uno pede seu pro duobus semipedibus creticus ponatur, eandem rei rationem esse debere et alteram cretici longam in arsi vel in thesi corripi posse defendit (*Reform.*, p. 309), tamen in paucis exemplis priorem corripi putat (*ibid.*, p. 317), nempe Rud. 927 (oct.) *ŏbtigit*, Pseud. 239 (sept) *mĭtte mé*, Poen. 1177 (oct.) *dĭgna diva*.

At longam in initio semipedis corripi non posse ex eo sequitur quod de brevibus breviantibus supra dictum est. Nam ita modo corripi posse longam vidimus si alterum locum in thesi vel in arsi obtineat eamque legem in creticos quoque cadere Spengelius ipse, *ibid.*, p. 313, asseverat.

In quibusdam quidem vocibus sicut *unde*, *ille*, *nempe*, priorem longam vel in initio semipedis pro brevi poni posse olim putabant. Nunc autem Skutschius in Studiis de Plautina prosodia hanc falsam opinionem absolute refutavit. Confer infra.

Ad haec recte Spengelius, *Reform.*, p. 309, Klotzius (*Grundz.*, p. 59, seq.) aliique creticos sicut *dĭcĭtō* cum paeonibus sicut *sĕquĭmĭnī* contulerunt, qui in Plautinis anapaestis pro uno pede vel duobus semipedibus item ponuntur. Confer infra. Nam dubium esse non potest quin eae voces quae pariter quinque moras per se efficiunt eodem modo quinta parte in anapaestis minuantur. Ergo cretici prior longa, quae duabus paeonum brevibus respondet, pro una brevi non ponitur.

Nunc inquiramus num altera cretici longa corripiatur. Hanc quidem rationem a Spengelio, *loc. s. s.*, datam receperunt Klotzius, *Grundz.*, p. 42, 59, seq., Seyffertus, *Berl. phil. Woch.*, a. 1891, p. 881, Skutschius, *Stud.*, p. 7, alii; sed Spengelius ipse non omnibus exemplis convenire fassus est, quippe qui in quibusdam ad prioris longae correptionem, in aliis ad mediae brevis synizesim confugerit.

Nam jure concessit neque in versus fine neque in caesura octonarii duas breves pro una longa admitti. Ideoque *vestigium* Cist. 701 (sept.) cum synizesi in versus fine, *ŏbtigit* Rud. 927 in caesura octonarii metitus est. Addere poterat *ilico* in septenarii fine Mil. 1030.

Ceterum ideo sane *dĭgna diva* non *digna dĭva* metitus est Spengelius quod Muellerum imitari nolebat qui natura longas syllabas vel in mediis vocibus (verbi gratia *evenĭre*) audacius corripuerat. Confer *Reform.*, p. 308. Supra enim apparuit natura longam syllabam, nisi finalis sit, corripi non posse. Metiri ergo non possis *quomque me ŏratricem* Mil. 1072 nec *cena dĕtur* Truc. 127.

Argumento est etiam alteram cretici longam non corripi, quod creticum efficientes vel in creticum exeuntes voces in paribus dimetrorum vel tetrametrorum pedibus nonnunquam inveniuntur, in quibus dactylicae vel in dactylum exeuntes voces non admittuntur, nisi superioris pedis arsis solvitur. Confer infra. Itaque Klotzius ipse (*Grundz.*, p. 286) non legitimum esse dactylum in secundo octonarii pede Pers. 781 *ita mé Toxilus*, neque in sexto octonarii pede Poen. 1187 *per quém vivimus* fassus est ideoque *vivimus* pro spondeo, non pro dactylo poni conjecit. Idem in haec quoque exempla cadit : *improbi* Stich. 43, in secundo dimetri pede, quem A et B ducibus omnes editores agnoverunt neque quisquam corrigi posse putavit, *ceteris* Poen. 1183, in sexto octonarii pede, quem jure constituit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 145[1], *nescio* Cist. 676, in secundo septenarii pede, in libris quidem corrupti, sed Schoellio duce probabiliter, ut videtur, correcti.

Denique non modo paeones quartos (⏑⏑⏑–) quales sunt *maritumis*, *sequimini*, sed etiam paeones primos (–⏑⏑⏑) eodem modo quo cretici pro uno pede vel duobus semipedibus poni infra videbimus, sicut *sēdŭlo ĕgŏmet* Aul. 724 (oct.), *ōmnĭum hŏmĭnum* Trin. 1115 (dim.). Si *sēdŭlo ĕgŏmet* cum *nēmĭne ăccipiet*, *pēssŭme ōrnatus* conferemus, apparebit alteram cretici

1. *Ceteris* in secundo dimetri pede collocaverunt Spengelius et Goetzius-Loewius, hunc locum audacius corrigentes, in sexto septimoque pede octonarii hypercatalecti Goetzius-Schoellius, servato *soror* quod e v. 1182 sane in v. 1183 irrepsit.

longam pro una brevi non poni, cum duabus paeonum brevibus respondeat.

Ergo si nec prior nec altera cretici longa corripitur, nihil restat nisi ut media brevis quodam modo tollatur et pro nihilo in versu putetur.

Atqui multis in exemplis media vocalis vocalem antecedit et pro semivocali haberi potest. Scilicet ut in *dies*, *scio*, *meo*, *tuorum* synizesim factam esse supra vidimus, ita in *pridie*, *nescio*, *censeo*, *postriduo* similibusque vocibus synizesis admittenda esse videtur. Confer Ennius, 443, *insidiantes*, Hor., *Sat.*, I, VIII, 39, *cēreā*, II, II, 21, *ostrea*, Sat., I, VII, 38, *vindēmiātor*, *Epist.*, I, I, 108, *pītuīta*, Virg., *Æn.* VI, 34, *omnia* (in versus fine).

In reliquis autem creticis vocibus vel juncturis, quales sunt *neminem*, *ilico*, *improbis*, *mitte me*, media brevis syncopa sane supprimitur. Jam Corssenus (*Ueber Aussprache, Vocalismus und Betonung der lateinischen Sprache*, II, p. 520 seq., 656 seq.) in *fab(u)last*, *vid(u)lum*, *opt(u)me*, *sept(u)mas*, *litt(e)ras*, *alt(e)rum*, *nem(i)nem*, *nem(i)ne accipiet* syncopam statuerat itemque Sonnenburgius (*De versuum Plauti anapaesticorum prosodia*) in *altro*, *altrum*, *cetri*, *libras*, *littras*, *tempri*, *maritmis*, *macnas*, scilicet in vocibus in quibus mediam vocalem liquida consonans (*l*, *r*) vel nasalis (*m*, *n*) sequitur. At ante alias quoque consonantes syncopam fieri posse pluribus exemplis demonstratur: *surpuit* Plaut., *Capt.*, 760, pro *surripuit*, *porgite* Virg., *Æn.*, VIII, 274, pro *porrigite*, *cette* Plaut., *passim*, pro **ce-date*, *frigdaria* Lucilius apud Priscianum X, 910, pro *frigidaria*, *arda* C.I.L., I, 597, pro *arida*, *ardum* Lucilius, *fr.* 547, itemque probabili conjectura *ardus* Plaut., *Aul.*, 297. Confer Corssen., *loc. s. s.*, Skutsch, p. 40 seq.

Skutschius autem demonstravit in quibusdam vocibus quales sunt *inde*, *unde*, *quippe*, finalis vocalis syncopam (quae vulgo ἀποκοπή vocatur) ante consonantem factam esse, nedum, ut plerique antea putabant, talium vocum prior syllaba pro brevi haberetur. Nam cum ante vocalem positae nusquam unam solum moram, sed duas ubique efficiant, inde necessario concluditur, ubi ante consonantem positae duas quoque moras efficiant, ibi non brevem esse priorem syllabam, sed finalem vocalem sicut in *ac*, *nec*, *neu* supprimi vel saltem adeo imminui ut vix

audiatur et, quod ad metrum attinet, quasi suppressa sit. Finalis enim talium vocum vocalis neque ante vocalem neque ante consonantem funditus deleri videtur, quandoquidem nihilominus scribitur. Neque timendum est ne vel synaloepha vel syncopa ita deformatae fuerint ut vix intellegerentur. Cf. Klotz, *Grundz.*, p. 195.

Non aliter de syncopa mediae vocalis judicandum est nec necesse est Sonnenburgio duce *altro*, *macnas* et similia scribere. Nam in tabula Mummii *voverat* scriptum est, quanquam haec vox in fine Saturnii collocata pro spondeo ponitur itemque in dedicatione Vertuleiorum *Hercolei* legitur, qui creticus pro spondeo in caesura Saturnii habendus est. Confer L. Havet, *De Saturnio Latinorum versu*, p. 236.

Finalis vel mediae vocalis syncopa inde nata esse videtur quod initium verborum validius, ceterae syllabae celerius ac levius pronuntiabantur. Cf. supra, § 1, et Skutsch, p. 47. Nam anapaesticorum versuum prosodiacae leges a vulgari usu et a vero pronuntiandi modo plane dissentire non videntur. Nec omnino desunt in ceteris Plauti versibus cretici pro spondeis positi. Nam in iambicis quoque trochaicisque versibus *nescio* cum synizesi nonnunquam invenitur, et saepe finalis syllaba vocum *inde, unde* similiumque et media interdum creticorum syllaba quales sunt *neminem* (Poen. 1348, in senarii initio), *alterum* (Capt. 8, in senarii initio), *enicas* (Rud. 944, in initio iambici dimetri), *perdidi* (Bacch. 624, in initio iambici dimetri), syncopam patitur. Sed ideo sane frequentiores sunt in anapaestis talis synizesis et syncopa quod ita pronuntiatae quaedam voces vel vocum juncturae in anapaesticos versus intrare poterant quae aliter admissae non essent.

§ 5. — *De paeone quarto (⏑⏑⏑–) pro uno pede vel duobus semipedibus posito.*

Hae voces paeonem quartum efficientes pro uno pede vel duobus semipedibus ponuntur : *maritumis* Cist. 221-222, in primo septenarii pede, *memineris* Stich. 42, in secundo tertioque dimetri pede, *redierit* Pers. 787, in tertio octonarii pede, *sequimini* Bacch. 1205, in secundo tertioque septenarii pede.

Satellites Trin. 833 in quinto octonarii pede, secunda syllaba propter principialem brevem correpta, eodem modo quo voces paeonem quartum efficientes tractatur.

Pers. 845 libri habent: *Hicine Dordalus est*, quod non necesse est corrigere. Nam etsi *hicin Dordalus* pronuntiabatur, *hicine* scribi poterat, sicut vocum *inde*, *nempe e* finalis etiam tum scribitur cum syncopam in versu patitur.

Item *vehiculum argenti* Pers. 782, in primo octonarii pede cum *nemine accipiet*, *pessume ornatus* conferendum est.

Trin. 250 (dim.) *quod ecbibit* sicut *satellites* pro paeone quarto haberi videtur. Cf. supra, § 1, I.

Quod de cretico pro spondeo posito modo dictum est, idem cadit in paeonem quartum pro anapaesto positum.

§ 6. — *De paeone primo pro uno pede vel duobus semipedibus posito.*

Nullam paeonem primum efficientem et pro uno pede vel duobus semipedibus positam vocem apud Plautum inveni. Trochaicae autem voces vel creticae (dactylicaeve) quarum ultima syllaba synaloepham patitur, cum duabus insequentibus brevibus nonnunquam junguntur:

Aul. 724, *sedulo egomet* (in quinto octonarii pede). *Sedlo* esse pronuntiandum Seyffertus intellexit, sed tamen *sedulo* scribendum est.

Trin. 1115, *omnium hominum* (in secundo dimetri pede). Sic libris ducibus Fleckeisenus, Spengelius, Goetzius-Schoellius scripserunt; nec vocis *omnium* prima syllaba brevis esse potest, sed synizesis statuenda est.

Pseud. 236 (sept.) libri habent : *Quonam pacto possim vincere animum*, quod non minus admitti potest quam *visere estne* Cist. 227-228 (oct.), vel *sedulo egomet*.

§ 7. — *De hiatu.*

Modo syllaba non elisa corripitur, modo immutata servatur.

I. *Syllaba non elisa corripitur.*

Saepe in anapaestis post monosyllabas non modo in arsi, sicut in iambicis trochaicisque versibus, sed etiam in thesi hiatur et propter hiatum monosyllabae corripiuntur, modo brevem antecedant.

In arsi prima: *quĭ amat* Trin. 242 (dim.), *quĭ eget* Trin. 257 (dim.).

In thesi secunda: *quĭ erunt* Pers. 778 (sept.), *dĭ ament* Pseud. 943 (sept.), *sĕ habent* Rud. 222 (oct.).

In thesi tertia: *quĭ amat* Curc. 142 (sept.), *tŭ edes* Stich. 321 (dim.).

In thesi quarta : *sĭ eget* Curc. 142 (sept.), *quŏ eam* Rud. 225 (sept.).

In thesi quinta: *sĭ amant* Bacch. 1165 (sept.), *sĭ eas* Cas. 721 (oct.), *sĭ id exspectas* Curc. 144 (sept.), *quĭ amabilitati* (oct.).

In thesi sexta: *quaĕ ego* Cas. 880 (oct.).

In arsi septima: *nĕ abisses* Pseud. 912 (oct.).

In omnibus his exemplis monosyllaba correpta cum insequenti brevi jungitur et priorem locum in arsi vel in thesi obtinet. Klotzius autem, *Grundz.*, p. 124, contendit monosyllabam ita quoque in anapaestis non elidi et pro brevi haberi posse si cum antecedenti brevi jungatur et alterum locum in arsi vel in thesi obtineat. Sed unum tantum affert exemplum Mil. 1067 *mitte me actutum*, ubi potius *med* scribendum videtur. De cretico pro spondeo posito, vide supra[1].

Post iambicas quoque voces nonnunquam in anapaestis sive in arsi sive in thesi hiatur. Sed harum vocum finalis syllaba propter brevem breviantem potius quam propter hiatum corripi videtur, quoniam secundum legem de brevibus breviantibus

1. Aul. 149-150 (oct.) metiendum est *dúc(e)re ei occidis*, non *dúcĕre eĭ*. Confer supra § 4, H et infra II.

alterum locum in arsi vel in thesi obtinet, non priorem ut monosyllabae in hiatu correptae.

Polysyllabarum autem finalem propter hiatum nonnunquam in anapaestis corripi Klotzius cum contenderet (*l.s.s.*), pauciora et incertiora exempla attulit quam ut fidem faceret. Nam Pers. 498 (sept.), Ambrosianus non *Persia adlatae*, sed *Persia sunt istaec allatae* habet. De Curc. 137, vide infra in tertia operis parte.

II. *Syllaba in hiatu immutata servatur.*

1. De hiatu qui in caesura admittibur, infra in libro tertio dicetur.

2. Sunt qui putent in personae mutationibus hiatum sine correptione nonnunquam factum esse. Conf. Spengel, *Plautus*, p. 628, Klotz, *Grundz.*, p. 177. Unum talis hiatus exemplum, si libris crederetur, in anapaestis supra collectis inveniretur, nempe Bacch. 1106 (oct.), ubi libri sic habent:

> Philoxene, salve. — Et tu unde agis? Unde homo miser [atque infortunatus.

Sed cum non plura inveniantur exempla, satius esse videtur Spengelio duce <*o*> ante *Philoxene* addere.

3. Monosyllabae interjectiones modo synaloepham patiuntur, modo non eliduntur. Confer Mueller, *Plaut. Pros.*, p. 720 seq. Nam synaloepha fit

Mil. 1056-1057:

> Heu hercle ódiosas res: quótiens hoc tibi, vérbero, ego [interdíxi,

Itemque Mil. 1066:

> Eu ecástor hominem pérjurum. Ut ludó. Quid ego? Ut [sublécto.

Hiatus contra fit post *eu* Mil. 1062:

> Minus áb nemine accipiét. Eu ecastór, nimis vilest tándem,

Itemque post *ei* Aul. 149-150:

> Ita dí faxint. Volo te úxorem domum dúcere. Ei occidís. [Quid ita?

Hiatur quoque post *ĕm* Curc. 128:

> Perii hércle: huic quid primúm dicam nescío. Em istuc [quod míhi dixti.

4. In anapaestis, breves monosyllabae littera *m* terminatae saepe non eliduntur, nec solum in arsi, ut in ceteris versibus, sed etiam in thesi:

In thesi prima: *jăm ubĭ* Rud. 930 (oct.).

In thesi secunda: *cŭm acĕto* Rud. 937 a (dim.).

In thesi sexta: *quĕm ego hic* Mil. 1012 (sept.).

Fortuito fit ut in arsi exempla desint.

5. Item disyllabae voces quarum prior syllaba brevis est et altera in *m* exit ante vocales immutatae nonnunquam seu in arsi seu in thesi servantur. Confer Klotz, *Grundz.*, p. 121, seq. Nam sicut apud Ennium legitur *Ann.*, 486, *dum quĭdĕm unus*, ita in Plautinis anapaestis supra collectis haec inveniuntur exempla:

Stich. 329.

Nam mé quidĕm harum míserebat. Ergo aúxilium properé [latumst.

Ambrosiani lectio (*me quidem*) Palatinorum lectione (*me equidem*) potior est et a Goetzio-Schoellio recepta est. Atqui metiri non possis *quĭdem hărum*, quia syllaba natura longa in initio polysyllabae ita corripi non potest. Nec correptio per enclisim (*mĕquidem*) admittenda videtur. Confer supra, § 2. Ergo metiendum est *mē quĭdĕm.*

Mil. 1040.

Sed erám meam quae te démoritur. Multae áliae idĕm [istuc cúpiunt.

Sic libri habent nec Goetzius-Schoellius corrigendum censuerunt.

Rud. 922.

Non énim illum exspectáre oportet, dum erus se ád suom [suscitet ófficium.

Hunc versum sane, sicut antecedentem, anapaesticum esse octonarium cretico *suscitet* pro spondeo posito demonstratur. Nec necesse est duce Spengelio (*Reform.*, p. 174, in adnot.) <*id*> ante *oportet* addere. Nam metiaris licet *opŏrtet* (vide supra, § 1, C) et *enĭm.*

6. Iambicae quoque voces propter brevem breviantem correptae, ut ante consonantes, ita ante vocales, pro pyrrhichiis

ponuntur. Vide Klotz, *Grundz.*, p. 124, Seyffert, *Berl. phil. Woch.*, a. 1891, p. 882.

Nam Mil. 1036 libri habent *voco érgo* quod Klotzius et Seyffertus, *loc. s. s.*, et Goetzius - Schoellius receperunt. Nec *vocon ergo* vel *voco ego ergo* Ritschelio duce corrigere necesse est.

Mil. 1026 prima verba, *velis út fero ad te cónsilium*, quae plerique corrupta esse putaverunt, servari posse videntur, dummodo Palaestrioni tribuantur. Nempe « fac, inquit, ut tibi suadeo ».

Mil. 1028 pro tradito *tibi ut* sane facile est *tibi uti* corrigere, sed non necessarium.

Item post *tibi* hiatur Pseud. 936 (sept.) *tu tibi optes :* nam sic libris ducibus scripserunt Ritschelius, Fleckeisenus, Muellerus, qui quidem trochaicum octonarium esse voluerunt. Anapaesticum septenarium agnoverunt Winterus, Spengelius, Goetzius-Schoellius, sed alii *tute tibi optes*, alii *tu tibi exoptes* correxerunt.

Pseud. 1103 (oct.) *eri imperium sui sérvos facit* B duce scripserunt Goetzius-Schoellius, nec ceterorum librorum (CD) lectio (*imperium eri sui servos facit*) recipi potest nec *eri sui servos facit imperium* Ritschelio duce vel *facit imperium sui servos eri* Spengelio duce trajicere operae pretium est.

Pseud. 601 duo dimetri sane sic constituendi sunt :

Novo cónsilio nunc || míhĭ opus est: |
Nova rés subito mi haec óbjectast. | ||

Nam duo dimetri sunt in A, nec *nunc mihi*, quod A et P testantur, corrigendum censuerunt Goetzius - Schoellius, hiatum post *mihi* signantes.

7. Polysyllabae in -*m* exeuntes, sicut monosyllabae et iambicae voces hac littera terminatae, non elidi posse videntur. Confer Ennius, *Ann.*, 336, *militŭm octo*. Vide Klotz, *Grundz.*, p.121, seq.

Talis hiatus tria exempla in anapaestis supra collectis inveniuntur.

Pers. 182 *Toxilŭm ejus* A et P habent, nec <*et*> *ejus* vel *ejus* <*que*> addendum putaverunt Klotzius nec Goetzius-Schoellius, qui an. septenarium agnoverunt.

Mil. 1049 *ánulŭm ab tui cúpienti.* Sic Klotzius, *loc. s. s.*, libris ducibus scripsit nec Goetzio-Schoellio necessarium visum est *illa* post *ab* addere[1]. Seyffertus quoque, *Berl. phil. Woch.*, a. 1891, p. 882, hunc hiatum admittit.

Bacch. 1193 b *non tibi venit in mentém amabo.* Sic libri habent nec Spengelio duce *amabo* post *tibi* trajicere vel Goetzio duce *in mentemst te* pro *venit in mentem* corrigere oportere censuit Klotzius.

8. Ante *h* hiatum nonnunquam admitti multi hodie sunt qui putent. Confer *flagitium hominis* Plaut., *Men.*, 489, 709 (in senariis), *Cas.* 552 (in trochaico septenario), *octo hominum Men.* 223 (in trochaico septenario). Vide Seyffert, *Berl. phil. Woch.*, a. 1890, p. 213.

Ergo Pers. 843 (oct.), *graphicé hunc* ducibus libris veteribus Lambini et codice Scaligeri et ipso B, qui..... *hice* post quinque fere litterarum lacunam habet, scribere possis nec necesse est <*per-*>vel<*age*> ante *graphice* addere.

Item Cist. 678 :

Mi hómines, mi spectátores, facite índicium si quís vidit,

mi ante *homines* non elidi videtur. Nam caesuram post *spectatores* justiorem esse quam post *facite* et anapaesticum octonarium esse intellexit Spengelius, *Reform.* p. 235. Sed <*O*> ante *mi* nequiquam addidit.

Bacch. 1094 (oct.), *me hodie laceravit* libri habent, nec *med* corrigere difficile est, sed inutile videtur.

9. Post ablativum singularem hiatum admitti contendit Seyffertus, *Berl. phil. Woch.*, a. 1890, p. 213, recte, ut videtrer. Confer *Men.* 395 (in troch. septenario), *rítu astans sómniat, ibid.* 563 (in senario) *cúm corona ébrius.*

Pers. 754 (oct.) post *exercitu* sine correptione hiatus esse videtur. De cretica terminatione pro anapaestico pede posita, vide supra, § 4.

1. Pro *cupienti*, libri *cupientis* habent. Hujus erroris causa sane fuit genetivus *tui*.

§ 8. — *De s finali*

1. *De s finali ante consonantem posita*

Modo syllaba brevis *s* littera terminata ante consonantem positione producitur, modo brevis relinquitur.

Haec productae brevis exempla in anapaesticis supra collectis versibus inveniuntur, omissis iis in quibus post finalem caesura est :

In thesi prima : *is mé* Bacch. 1095 (oct.).

In arsi prima : *nam et intús paveo* Cist. 688 a, (dim.), *quid agis valeo* Truc. 126 (dim.).

In thesi secunda : *íbus pugnae* Truc. 110 (oct.).

In arsi secunda : *manibús tenui* Cist. 675 (sept.), *oculús meus* Pers. 765 (oct.), *amicús ne* Trin. 267 (dim.).

In thesi tertia : *ridetis nóvi* Aul. 718 (oct.), *natus sum égo* Mil. 1082, *scitis mi esse* Pseud. 179 (oct.), *melius fácturum* Stich. 22 (dim.).

In arsi tertia : *utrubique metús me agitat* Cist. 688 b (dim.), *Mercuriús perdat* Cas. 238 (sept.).

In arsi quinta : *dabimúsque* Pers. 847 (oct.).

In thesi sexta : *ludós bis factum* Bacch. 1090 (oct.).

In arsi sexta : *demónstretis qui* Aul. 716 (oct.), *ejus dare lúdum* Bacch. 1083 (sept.), *pedibus praebén* Pers. 792 (oct.), *usus praehibeó* Pseud. 182 (oct.).

In thesi septima : *intus turbavi* Cas. 880 (oct.).

In arsi septima : *si quis vidit* Cist. 678 (oct.).

Nunc ad ea exempla transeamus in quibus finalis brevis relinquitur. Ac primum ea colligere decet quae certiora sunt. Nam in vocibus iambicis quales sunt *magis*, *satis*, dubium est utrum finalis propter debilem *s* litterae pronuntiationem an propter brevem breviantem brevis sit. Item voces quales sunt *hostibus*, *amatoribus*, vel pro dactylicis in dactylumve exeuntibus vel pro creticis in creticumve exeuntibus haberi possunt. Dubia quoque sunt alia exempla sicut Mil. 1083 ubi vel *natŭs fŏrét* vel *natŭs fórĕt* metiri possis.

Haec contra certiora sunt :

Pseud. 1103 *sérvŏs facit*, in fine octonarii.

Stich. 326 b *hóstĭs venis*, in fine dimetri.

In his certioribus exemplis, syllaba finalis littera *s* terminata prior thesis pars est, in nullo prior arsis pars est. Ergo similiter metiemur : *árcŭs pluet* Curc. 131 (oct.), *natŭs forét* Mil. 1083 (sept.). Sed potius metiendum videtur *natalĭs dies* Pseud. 165 (oct.), quam *natalīs dīes*, *pejŭs perĭt* Trin. 265 b (dim.) quam *pejŭs perīt*, *laetŭs lubēns* Trin. 821 (oct.) quam *laetŭs lubēns*, *usŭs sum in ălto* Trin. 827 (oct.) quam *usŭs sum in ălto*, *scitĭs pol haĕc* Truc. 109 (oct.) quam *scitīs pol haec*.

Quod ad iambicas voces attinet, correpta finalis ubique altera thesis vel arsis pars est, prior nusquam. Ergo eodem modo *magis*, *satis*, quo ceterae iambicae voces pro pyrrhichio ponuntur eademque videtur esse correptionis causa.

Item in *hostibus* Pers. 753 (oct.) similibusque vocibus *s* litteram caducam esse nullo documento demonstratur. Nonnulla contra exempla sunt in quibus tales voces pro spondeis, non dactylis manifesto ponuntur, nempe *vivimus* Poen. 1187 in sexto pede octonarii, *Toxilus* Pers. 781 in secundo pede octonarii, *moribus* Cist. 221-222 in secundo pede octonarii, *de praedonibus* Truc. 110 in sexto pede octonarii. Confer supra, § 4.

II. *De s finali ante vocalem posita*

Leo (*Vindiciae Plautinae*) *s* finalem non modo ante consonantem sed etiam ante vocalem nonnunquam caducam fuisse contendit nec semper impedivisse quin antecedens vocalis synaloepham pateretur.

In anapaesticis versibus supra collectis talis synaloephae exemplum nullum inveni quod certum esset. Nam Cas. 726 (oct.) *excuratus incessisti* creticam juncturam praebet quae sicut ceterae similes explanari posse videtur. Vide supra §, 4.

§ 9. — *De brevi finali in arsi producta*

In anapaesticis sicut in iambicis trochaicisque versibus, brevis finalis in arsi nonnunquam producitur. Cf. Havet, *De Saturnio versu*, p. 51, seq.

Exemplum certius est Curc. 142 (sept.) *adficitūr aerúmna*.

Sic enim libris ducibus scripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 162, 368, Christius, *Metr.*, p. 23. Neque <*is*> cum Muellero, *Plaut. Pros.*, p. 49, post *adficitur* addere necesse est, neque *adficitur misera* Goetzio duce trajicere.

§ 10. — *De rhythmo in vocibus singulis*

In anapaesticis versibus dactylicae voces vel terminationes ictum in antepaenultima libere accipiunt, sicut *dúcere* Aul. 149-150 (oct.), *hócine* Bacch. 1090 (oct.), *stultissumus* Bacch. 1098 (oct.), *crédere* Bacch. 1156 (sept.), *óptume* ibid. 1170 (sept.), *cómmoda* Trin. 1117 (dim.).

In paenultima autem ictum accipere in paribus dimetrorum tetrametrorumque pedibus non possunt nisi superior arsis solvitur. Vide infra, de re metrica.

De vocibus proceleusmaticum efficientibus similis lex est. Nam *fámilia* ubique admittitur, *família* autem eadem modo condicione qua *omnia* in paribus dimetrorum tetrametrorumque pedibus collocari potest.

Breves autem unius ejusdemque arsis vel thesis ex ultima cujuslibet vocis syllaba et principiali alterius in anapaesticis versibus constare possunt. Confer *dicta soror* Aul. 151-152 (oct.), *istá mala* Bacch. 1162 (sept.).

Item paenultima brevis per synaloepham cum monosyllaba brevi vel principiali alterius vocis syllaba jungi potest, sicut *putide amator* Bacch. 1163 (sept.), *détuli hic* Mil. 1049. Vide supra, § 4.

LIBER TERTIUS

De re metrica

§ 1. — *De septenariorum usu*

Non saepe apud Plautum sicut apud Aristophanem anapaestici septenarii in diverbio per totam scaenam continuantur nec hujus usus aliud exemplum apud eum invenitur quam *Miles Gloriosus* 1011-1093, ubi per totum dialogum Milphidippa, Palaestrio Pyrgopolinicesque hoc metro utuntur. Nam in initio scaenae Milphidippa secum, altera ex parte Palaestrio et Pyrgopolinices inter se loquuntur.

Saepius septenariis Plautus in canticis usus est, ac plerumque cum aliis anapaesticis versibus junguntur. Nam his in locis septenarii octonarios vel sequuntur, vel antecedunt :

Bacch. 1079-1080, ubi unum octonarium sequuntur duo septenarii ;

Bacch. 1083-1084, ubi duos octonarios duo septenarii sequuntur ;

Bacch. 1087-1088, ubi duos octonarios antecedunt duo septenarii ;

Bacch. 1101-1104, ubi octo octonarios quattuor septenarii sequuntur ;

Bacch. 1107-1108, ubi duos octonarios duo septenarii sequuntur ;

Bacch. 1180-1181, ubi duos septenarios octonarius sequitur ;

Cas. 237-238, ubi duos septenarios octonarius sequitur ;

Cas. 875-878, ubi quattuor septenarios octonarii tres sequuntur ;

Cist. 221-224, ubi duos septenarios duo sequuntur octonarii ;

Cist. 675-677, ubi duos septenarios duo sequuntur octonarii ;

Cist. 701-703, ubi tres septenarii tres octonarios sequuntur;

Pers. 497-498, ubi duos septenarios octonarius antecedit, duo octonarii sequuntur;

Pers. 778-779, ubi duos septenarios tres octonarii sequuntur;

Pers. 783-784, ubi duos septenarios octo octonarii sequuntur;

Poen. 1184-1186, ubi tres septenarios duo antecedunt octonarii, duo sequuntur;

Pseud. 939-940, ubi duos septenarios duo octonarii sequuntur;

Pseud. 943-946, ubi quattuor septenarios duo octonarii sequutnur;

Pseud. 1325-1327, ubi tres septenarios octonarius sequitur, qui septenario v. 1321 respondere videtur sicut tres septenarii tribus octonariis (v. 1322-1324);

Rud. 225-226, ubi quinque octonarios duo septenarii sequuntur;

Trin. 288-290 a, ubi duos septenarios duo octonarii sequuntur;

Truc. 606-608, ubi duos octonarios duo septenarii sequuntur;

Nec solum cum an. octonariis, sed etiam cum an. octonariis hypercatalectis et dimetris sive acatalectis sive catalecticis miscentur septenarii.

Nam Bacch. 1149-1150 duos septenarios dimeter catalecticus et dimeter acatalectus et duo octonarii sequuntur;

Bacch. 1156-1157 duos septenarios sequitur dimeter acatalectus;

Bacch. 1159-1165 septem septenarios sequitur dimeter catalecticus;

Bacch. 1169-1171 tres septenarios dimeter catalecticus et dimeter acatalectus sequuntur;

Bacch. 1175-1178 quattuor septenarios sequitur dimeter acatalectus;

Bacch. 1187-1192a, sex septenarios sequitur dimeter catalecticus;

Bacch. 1195-1197 duos septenarios dimeter catalecticus et dimeter acatalectus sequuntur;

Bacch. 1201-1202 duos septenarios sequitur dimeter catalecticus;

Bacch. 1204-1206 tres septenarii dimetrum catalecticum sequuntur;

Cist. 203-205 tres septenarios tripodia et dimeter sequuntur;

Curc. 141-146 sex septenarii duos octonarios et dimetrum sequuntur;

Pers. 181-182 duo septenarii tres octonarios et sex dimetros sequuntur;

Pers. 770-772 tres septenarios octonarius antecedit, dimeter sequitur;

Pseud. 233-239 septem septenarios octonarius antecedit, dimeter catalecticus sequitur;

Pseud. 936-937 duos septenarios octonarius hypercatalectus sequitur.

Tantummodo Men. 602-603 septenarii cum aliis anapaesticis versibus non junguntur, sed iambicos sequuntur et e cantico ad diverbium transitum faciunt.

§ 2.— *De octonariorum usu*

Octonarii modo sine catalexi continuantur, modo cum aliis anapaesticis versibus vel cum aliis metris junguntur.

1. *Octonarii continuantur.*

Inter omnes hodie constat *Trinummus* 820-839 (excepto versu 831) anapaesticos, non trochaicos esse octonarios. Dimeter autem v. 831 qui inseritur includendus est et systema (v. 840-841) quod sequitur cum praecedentibus non arte cohaeret, sed ad diverbium transitum facit.

2. *Octonarios sequitur unus septenarius.*

Saepe septenarius eodem modo cum octonariis jungitur quo paroemiacus cum dimetris in systematibus ; scilicet tetrametrorum acatalectorum series tetrametro catalectico tanquam clausula terminatur.

In quibusdam quidem exemplis dubium est utrum longi versus an dimetri discribendi sint. Nam fieri potuit ut bini versiculi a librariis uno versu scriberentur, quod reipsa nonnunquam factum est. Cf. Christ, *Metr.*, p. 268. Nec tamen ex hiatu vel syllaba ancipite in medio versu necessario sequitur versiculos

esse dispescendos; nam Plautus et hiatum et syllabam ancipitem in octonariorum caesura admisit. Confer infra. Igitur optimorum librorum A et B discriptio potissime servanda videtur. Confer infra, de dimetrorum usu.

Exempla certa sunt: Aul. 713-719, Bacch. 1152-1153, Cas. 222-227, 719-722, 879-881, Curc. 126-131, Pers. 762-767, Pseud. 174-175, 177-180, 182-183, 905-907.

Pers. 169-170 sine dubio octonarii sunt et v. 171 septenarius. De versu 168 dubitari potest utrum octonarius an septenarius sit. Potius tamen, cum octonarii sequantur, octonarium constituere decet.

Poen. 1189 b, 1190 octonarios esse constat quos, si Ambrosiano credimus, septenarius sequitur cum duabus an. tripodiis catalecticis antecedenti an. tripodiae catalecticae (v. 1189 a) respondentibus.

Rud. 960-961 octonarii potius discribendi videntur quam dimetri; nam falsa veteris codicis discriptio longos versus in archetypo exstitisse testatur. Confer supra, p. 39.

3. *Octonarios sequitur paroemiacus.*

Nonnunquam paroemiacus pro septenario octonariorum seriem claudit: Aul. 721-725, Pers. 795-796, Poen. 1174-1178, Pseud. 595-598, Stich. 309-312.

Rud. 928-932 sine dubio octonarii sunt neque de paroemiaco (v. 933) dubitandum quem Goetzius-Schoellius agnoverunt. Antecedentes autem versus 926-927, octonarii quoque esse videntur. Confer supra, p. 39.

4. *Octonarii septenarios vel antecedunt vel sequuntur.*

Interdum non unus septenarius, sed plures septenarii octonarios sequuntur, sicut Bacch. 1081-1082, 1092-1099, 1105-1106, Cist. 698-700, Poen. 1182-1183, Pseud. 1322-1224, Rud. 220-224, Truc. 603-605. Confer supra, p. 91.

Saepe etiam octonarios septenarii antecedunt, sicut Bacch. 1089-1090, Cas. 726-728, 879-881, Cist. 225-228, 678-679, Pers. 499-500, 780-782, 785-793, Poen. 1187-1188, Pseud. 941-942, 947-948, Stich. 328-329, Truc. 609-611.

5. *Octonarii cum dimetris et paroemiacis, nonnunquam cum tripodiis catalecticis junguntur.*

Curc. 138-139 octonarios duos an. dimeter antecedit, an. dimeter sequitur.

Pers. 173-174 sine dubio octonarii sunt, quos teste Ambrosiano sex dimetri sequuntur. De v. 172 ambigitur utrum octonarius sit cum hiatu in caesura an septenarius; sed si octonarium constituimus, tres octonarios habemus tribus octonariis antecedentibus (v. 168-170) et sex dimetris sequentibus respondentes.

Poen. 1187-1188 octonarios esse inter omnes constat; nemo autem adhuc, credo, perspexit eos cum an. tripodia catalectica jungi. Nec tamen aliter discribi posse videntur tradita verba quae editores alii alio modo injuria correxerunt. Nec mirum est huic anapaestico cantico inseri tripodiam catalecticam quod duabus tripodiis catalecticis terminatur. Confer supra, p. 94.

Pseud. 910-912 tres octonarios duo dimetri catalectici antecedunt, duo acatalecti sequuntur.

Truc. 105-112 octo octonarios sequuntur duo paroemiaci.

6. *Octonarii cum bacchiacis junguntur.*

Aul. 149-152 secundum B discriptionem, excepto quod *ita di faxint* praecedenti versui adhaeret, octonarii sunt, quos duo bacchiaci tetrametri antecedunt.

Pseud. 1103-1104, duos octonarios duo bacchiaci tetrametri sequuntur.

Rud. 912-914 duo octonarii sex bacchiacos tetrametros sequuntur, quattuor bacchiacos tetrametros antecedunt quos an. dimeter sequitur.

7. *Octonarii cum creticis junguntur.*

Pers. 753-757 quinque octonarios sequuntur duo cretici tetrametri cum paroemiacis alternantes.

8. *Octonarii cum trochaicis junguntur.*

Pseud. 574-575 duo octonarii quattuor trochaicos versus (septenarios et dimetros catalecticos alternantes) antecedunt.

Pseud. 586-588 tres octonarii duos trochaicos septenarios sequuntur, sed potius v. 586-587 solum cum duobus antecedentibus trochaicis septenariis ita jungendi sunt ut quattuor versuum periodus constituatur. Nam hoc canticum in quattuor quaternorum versuum periodos natura dividitur, quas duo anapaestici versus antecedunt, duo sequuntur:

v. 574.575 an. octonarii duo
576 troch. septenarius
577 troch. dimeter cat.
578 troch. septenarius
579 troch. dimeter cat.

580 an. octonarius
581-582 bacch. tetrametri duo
573 an. octonarius

584-585 troch. septenarii duo
586-587 an. octonarii duo

588 an. octonarius
589 iambicus dimeter cum clausula Reiziana
590 troch. octonarius
591 an. dimeter

592 an. octonarius
593-594 an. septenarius

Igitur v. 588 quartae periodi pars est quae an. dimetro terminatur.

Pers. 843-848 sex octonarios antecedunt trochaici versus (819 troch. octonarius, 820-838 troch. septenarii, 839-841 troch. octonarii, 842 troch. septenarius). De sequentibus iambicis versibus, vide infra.

Pseud. 165-167 sine dubio an octonarii sunt et v. 161-164 troch. octonarii. V. 168 autem, quem an. octonarium esse putaverunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, potius trochaicus octonarius esse videtur. Nam initium *intro abite*, quod A cum ceteris libris testatur, trochaicam, non anapaesticam esse mensuram docet: male vero *ïntro abite* metitur Goetzius nec melius *intro ábĭte* Goetzius-Schoellius.

Rud. 921, 922 duos an. octonarios antecedit iambicus octo-

narius, trochaicus octonarius sequitur cum quattuor trochaicis tripodiis catalecticis. De variis horum versuum discriptionibus vide supra. V. 921 si tradita verba servantur, nihil aliud esse potest quam an. octonarius. V. 922 autem non trochaicum sed anapaesticum esse docet *suscitet* quod pro uno pede vel duobus semipedibus valere in anapaestis tantum potest. Nec necesse est cum Spengelio et Sonnenscheinio <*id*> post *exspectare* addere, nam *opŏrtet* metiri licet et post *enim* hiatum admittere.

9. *Octonarii cum iambicis junguntur.*

Pers. 843-848 sex octonarios, quos, ut supra vidimus, trochaici versus antecedunt, sequitur iambicus dimeter catalecticus, tum iambicus dimeter cum clausula Reiziana.

Vice versa ex iambico versu ad trochaicos transitum faciunt an. octonarii Rud. 921-922 de quibus supra dictum est.

§ 3. — *De dimetrorum usu*

Anapaestici dimetri acatalecti apud Plautum modo cum aliis anapaesticis versibus, modo cum aliis metris junguntur.

1. *Dimetros sequitur dimeter catalecticus* (*paroemiacus*).

Ut apud Graecos, ita apud Plautum non rara sunt anapaestica systemata e dimetris constantia quorum ultimus catalecticus est.

Nam A et B testibus Stichus 22-27 dimetri sunt, quos sequitur dimeter catalecticus, itemque Stichus 29-31, 33-37.

Trin. 840-841 A duce tres dimetri discribendi sunt et v. 842 paroemiacus est: in B autem 840 a et 840 b uno versu scribuntur et initium versus 842 versui 841 adhaeret.

Trin. 263-268 B duce octo dimetri sunt et v. 269 dimeter catalecticus: A contra hos versiculos binos comprehendit.

Truc. 124-127 in A recte discripti sunt; in B versus plane turbati sunt.

Rudens 933 b-935 a dimetros quattuor jure discripserunt Buechelero duce Goetzius-Schoellius: v. 933 a enim sine ullo dubio tanquam paroemiacus separandus est, etsi hos versiculos

binos B comprehendit. V. 935 b autem si tradita verba servantur, quae corrigere minime necesse est, paroemiacus est. Alterum systema cum v. 936 a incipit et versu 937 b qui dimeter catalecticus est terminatur.

Sicut in Graecis systematibus nonnunquam an. dipodiae singulae inseruntur. Nam Men. 364 sane dipodia est, de qua confer infra (de dipodia). V. 361-363 A teste sine dubio tres dimetri sunt similesque esse videntur tres ii versus (365-367) qui dipodiam sequuntur, etsi v. 366 in libris lacunosus est. Igitur bis ternos dimetros, inserta in medio systemate dipodia, sequitur dimeter catalecticus.

Alii quoque versus systematibus aliquoties inseri videntur. Nam Stich. 39-44 et 46 sine dubio dimetri sunt et v. 47 paroemiacus, sed v. 45 an. pentapodia esse videtur. Confer infra.

In eodem cantico invenitur dimeter hypercatalectus (Stich. 21), inter dimetros (18-20, 22-27) insertus. Confer infra.

2. *Dimetrorum series dimetro hypercatalecto clauditur.*

Trin. 242a et 242b sine ullo dubio B teste duo dimetri sunt. De versibus 243 et 244 ambigitur utrum cretici tetrametri (acatalecti vel catalectici) an anapaestici dimetri discribendi sint. Verum v. 245 creticus esse nisi correctus non potest, sed anapaesticus dimeter esse videtur. Ergo verisimile est quinque versiculos anapaesticos esse: v. 246 autem non dimeter, sed dimeter hypercatalectus sane est. Confer infra.

Trin. 278 a et 278 b an. dimetros esse constat. V. 280 autem si librorum memoria servatur, nihil aliud esse videtur quam an. dimeter hypercatalectus. Inde sequitur v. 279 quoque anapaesticum dimetrum esse potius quam creticum tetrametrum catalecticum.

3. *Cum anapaesticis septenariis vel octonariis vel paroemiacis dimetri junguntur.*

Cist. 214-216 tres dimetri tribus paroemiacis infra positis (218-220) respondent, interjecta tripodia catalectica.

Simili modo dimetri tres Stich. 319-321 inter paroemiacos ponuntur (312-318, 322-325).

Pers. 175-180 sex dimetri octonarios sequuntur et septenarios antecedunt.

Rud. 956-959 octo dimetri paroemiacum sequuntur et octonarios antecedunt.

Stich. 326a-326b paroemiacos sequuntur et septenarium antecedunt.

4. *Dimetri cum bacchiacis junguntur.*

Cas. 660-661 duo dimetri inter bacchiacos (vel bacchiaco-iambicos) versus inseruntur.

Cist. 688-689 tres dimetri bacchiacos tetrametros sequuntur itemque Merc. 337-340 quattuor dimetri.

5. *Dimetri cum creticis junguntur.*

Cist. 688-689 tres dimetri quos post bacchiacos tetrametros poni supra vidimus, creticum tetrametrum antecedunt et a bacchiaco metro ad creticum transitum faciunt.

6. *Dimetri cum trochaicis junguntur.*

Trin. 249-251 tres dimetros jure, ut videtur, discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 58 seq. Nam cret. tetrametros cat. discribere non possis, nisi in v. 249 vel cum Hermanno Ritschelioque *ampliust* corrigas vel cum Goetzio-Schoellio *ampliūs etiam* metiaris et in v. 251 nominativi *familia* ultimam syllabam longam esse contendas. Ad haec v. 248 an. dipodia esse videtur. Hi igitur anapaesti ab iambico dimetro (v. 247) ad trochaicos (v. 252 troch. octonarium, v. 253 troch. septenarium), quos sequitur iambicus dimeter (v. 254) transitum faciunt.

7. *Dimetri cum iambicis junguntur.*

Trin. 256-259 an. dimetros esse hodie constat, quos et antecedit et sequitur iambicus dimeter cum iambica tripodia catalectica.

§ 4. — *De dimetrorum formis*

Has varias dimetri formas invenimus :

1) ⏑⏑–́ ⏑⏑– ⏑⏑–́ ⏑⏑⏓ Cas. 660, 661, 891, 892, Cist. 688 b, 689, Pers. 175, 178, Stich. 321, Trin. 1117, 1118, Truc. 126.
2) ⏑⏑–́ ⏑⏑– ⏑⏑–́ –⏓ Cist. 688 a, Rud. 933 b, Stich. 27.
3) ⏑⏑–́ ⏑⏑– ––́ ⏑⏑⏓ Stich. 26.
4) ––́ ⏑⏑– ⏑⏑–́ ⏑⏑⏓ Men. 362, Stich. 326 b, Pseud. 913 a.
5) ⏑⏑–́ ⏑⏑– –⏑́⏑ ⏑⏑⏓ Pers. 177, 179, Pseud. 601 a, Stich. 33.
6) ⏑⏑–́ ⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑–́ ⏑⏑⏓ Men. 363.
7) ⏑⏑–́ ⏑⏑– ⏑⏑⏑́⏑ ⏑⏑–́ Pseud. 913 b.
8) ⏑⏑⏑́⏑ ⏑⏑– ⏑⏑–́ ⏑⏑⏓ Merc. 339.
9) ⏑⏑–́ –– ––́ ⏑⏑⏓ Merc. 340, Pers. 176, Trin. 1116, 1119.
10) ⏑⏑–́ ⏑⏑– ––́ –⏓ Bacch. 1167 a, Pseud. 601 b, Rud. 937 a, Truc. 127.
11) ––́ –– ⏑⏑–́ ⏑⏑⏓ Bacch. 1168 a, Stich. 30, Trin. 275.
12) ⏑⏑–́ –– ⏑⏑ –́–⏓ Merc. 337.
13) ––́ ⏑⏑– ––́ ⏑⏑⏓ Stich. 31.
14) ⏑⏑–́ ⏑⏑– –⏑́⏑ –⏓ Stich. 37, 39, Trin. 263.
15) –⏑́⏑ –– ⏑⏑–́ ⏑⏑⏓ Rud. 958 b, Stich. 40, Trin. 840 a, 840 b.
16) ––́ –⏑⏑ ⏑⏑–́ ⏑⏑⏓ Trin. 841, Truc. 124.
17) ⏑⏑–́ –⏑⏑ ––́ ⏑⏑⏓ Bacch. 1193 a, Stich. 42, Trin. 1115.
18) ⏑⏑⏑́⏑ ⏑⏑– ––́ ⏑⏑⏓ Stich. 34.
19) ⏑⏑–́ ⏑⏑⏑⏑ ––́ ⏑⏑⏓ Merc. 338.
20) ––́ ⏑⏑– ––́ –⏓ Bacch. 1167 b, Rud. 934 a, 956 b, Stich. 44, 320, Trin. 242 b.
21) ––́ –– ⏑⏑–́ –⏓ Rud. 936 a.
22) ⏑⏑–́ –– ––́ –⏓ Rud. 934 b, 935 a, 958 a.
23) ––́ –– ––́ ⏑⏑⏓ Stich. 43, Trin. 259, Truc. 125.
24) –⏑́⏑ –⏑⏑ –⏑́⏑ ⏑⏑⏓ Stich. 20, Trin. 249, 268.
25) ––́ –– –⏑́⏑ ⏑⏑⏓ Stich. 18, 326 a.
26) –⏑́⏑ ⏑⏑– ––́ –⏓ Bacch. 1194 b.
27) ––́ –⏑⏑ ––́ ⏑⏑⏓ Rud. 957 a, Trin. 243.
28) ⏑⏑–́ –⏑⏑ ––́ –⏓ Rud. 957 b.
29) ––́ –– ⏑⏑⏑́⏑ ⏑⏑⏓ Bacch. 1194 a.
30) ⏑⏑⏑́⏑ –– ––́ ⏑⏑⏓ Cist. 216.

31) ◡◡◡́◡ – – ◡◡–́ –⏓ Trin. 257.
32) ––́ ◡◡◡◡ ––́ ◡◡⏓ Trin. 265 b.
33) –◡́◡ ◡◡– –◡́◡ –⏓ Bacch. 1193 b.
34) –◡́◡ –◡◡ ––́ ◡◡⏓ Cist. 214, Rud. 959 a, Trin. 256.
35) –◡́◡ – – –◡́◡ ◡◡⏓ Stich. 35.
36) –◡́◡ –◡◡ ◡◡–́ –⏓ Stich. 41.
37) ◡◡–́ –◡◡ –◡́◡ –⏓ Trin. 250.
38) –◡́◡ ◡◡◡◡ –◡́◡ ◡◡⏓ Trin. 274.
39) ◡◡◡́◡ –◡◡ ––́ ◡◡⏓ Cist. 215.
40) ––́ – – ––́ –⏓ Men. 367, Stich. 319, Trin. 278 b, 279.
41) ––́ –◡◡ ––́ –⏓ Stich. 22.
42) –◡́◡ – – ––́ –⏓ Rud. 936 b.
43) ––́ – – –◡́◡ –⏓ Men. 365, Stich. 25.
44) ◡◡◡́◡ – – ––́ –⏓ Trin. 264 b, 267.
45) ––́ ◡◡◡◡ ◡◡◡́◡ –⏓ Pers. 180.
46) –◡́◡ –◡◡ –◡́◡ –⏓ Stich. 19.
47) –◡́◡ – – –◡́◡ –⏓ Rud. 956 a, Trin. 244, 265 a.
48) –◡́◡ –◡◡ ––́ –⏓ Rud. 959 b, Stich. 23, Trin. 242 a, 264 a.
49) ◡◡◡́◡ – – ◡◡◡́◡ –⏓ Trin. 258.
50) –◡́◡ – – ◡◡◡́◡ –⏓ Stich. 29, Trin. 251.
51) ◡◡◡́◡ – – –◡́◡ –⏓ Men. 366, Trin. 266.
52) ◡◡◡́◡ –◡◡ ––́ –⏓ Stich. 24, Trin. 245.
53) ◡◡◡́◡ –◡◡ –◡́◡ –⏓ Men. 361.
54) ◡◡◡́◡ –◡◡ ◡◡◡́◡ –⏓ Trin. 278 a.

Ergo ultima dimetrorum arsis nusquam solvitur, sed ex una syllaba constat quae vel brevis esse potest sicut Cas. 891, 892. Confer W. Meyer, *Ueber die Beobachtung des Wortaccentes in der Altlateinischen Poesie*, p. 91, L. Havet, *Rev. de phil.*, a. 1890, p. 37. In ceteris autem arsibus duae breves pro una longa poni possunt. Unaquaeque vero thesis vel e binis brevibus vel ex una longa promiscue formatur.

Notandum est tamen dactylum anapaesto et spondeo, dactylo proceleusmaticum rariorem esse. Nam inveniuntur quattuor anapaesti in duodecim exemplis, tres in quattuordecim, duo in viginti septem, unus in triginta quinque, nullus in viginti octo; quattuor spondei in quattuor exemplis, tres in undeviginti, duo in triginta octo, unus in triginta duobus, nullus in viginti tribus; tres dactyli in quattuor, duo in sedecim, unus in triginta quat-

tuor, nullus in sexaginta duobus; duo proceleusmatici in tribus exemplis, unus in viginti, nullus in nonaginta tribus.

Ad haec nec dactylus nec proceleusmaticus in secundo pede una voce vel polysyllabae vocis terminatione effici potest, nisi primi pedis arsis solvitur. Cf. W. Meyer, *loc. s. s.*, p. 91, Klotz, *Grundz.*, p. 283. Nusquam enim *omnĭa, facĭlĭa* vel similia in secundo pede inveniuntur. Vide infra, in parte tertia, Trin. 239 a *Blandĭloquentulus.*

Quod ad caesuram attinet, certa lex in Plautinis dimetris non esse videtur. Nam plerumque quidem dipodiae dividuntur sicut Bacch. 1167 a, 1167 b, 1193 b, 1194 a, 1194 b, Cas. 660, 661, 891, 892, Cist. 214, 216, 688 a, 689, Men. 361, 362, 363, Merc. 337, 339, Pers. 175, 177, 178, Pseud. 601 a, 601 b, 913 b, Rud. 933 b, 934 a, 935 a, 936 a, 936 b, 956 a, 956 b, 958 a, 958 b, Stich. 18, 20, 26, 27, 29, 31, 33, 35. 36, 37, 40, 41, 43, 44, 319, 321, 326 b, Trin. 257, 258, 264 a, 264 b, 265 a, 265 b, 266, 267, 274, 278 a, 840 a, 840 b, 841, 1117, 1118, Truc. 124, 126. Haec addi possunt exempla in quibus post synaloepham vel ante synaloepham prior dipodia plena est: Bacch. 1168 a, Cist. 215, Men. 365, 367, Merc. 338, Pers. 176, 179, 180, Rud. 934 b, 957 a, Stich. 19, 23, 39, Trin. 256, 259, 278 b, 1115.

Saepe autem post tertiam thesem solum verbi finis est: Bacch. 1193 a, Merc. 340, Rud. 937 a, 957 b, 959 a, Stich. 22, 24, 25, 34, 42, 320, 326 a, Trin. 242 a, 242 b, 263, 268, 275, 1116, 1119, Truc. 125. Nonnunquam post priorem tertiae thesis brevem vox terminatur : Cist. 688 b, Stich. 30.

Ad haec ex eo apparet in dimetris non vere caesuram esse quod secunda arsis libere solvitur.

§ 5. — *De septenariorum formis*

Paene innumerae sunt septenariorum varietates nec saepe duo versus eandem pedum seriem praebent. In unoquoque enim pede anapaestus et spondeus promiscue admittuntur; dactylus autem vel proceleusmaticus esse possunt primus, tertius, quintus septimusque pes quoquo modo, secundus sextusque modo ne una voce vel vocis terminatione efficiantur, nisi superioris pedis arsis solvitur. Confer Pers. 779 *solŭs ĕgo omnĭbŭs.* Quarta

autem arsis et octava thesis ex una syllaba vel longa vel brevi constat. Nam syllabam ancipitem in caesura habemus verbi gratia Mil. 1012, 1020, Pseud. 233.

Quod ad frequentiam anapaestorum, spondeorum, dactylorum proceleusmaticorumque attinet, non aliter res se habet quam in dimetris. Nam dactylus spondeo et anapaesto, dactylo rarior est proceleusmaticus.

Legitima caesura qua prior dimeter ab altero dividi solet in paucis exemplis deest. In quibusdam non deest, sed propter synaloepham latet. Nam quanquam hiatus in caesura admittitur, sicut Mil. 1049, Pseud. 946, 1327, nonnunquam synaloepha hemistichia junguntur quae non impedit quin legitima caesura sit, dummodo vel ante synaloepham vel post synaloepham prius hemistichium justum sit, sicut Mil. 1014, Cist. 675.

Raro autem post quintam thesem vel priorem quintae thesis brevem caesura est, sicut Mil. 1058, Curc. 141, Pers. 779:

Meam né sic volgo póllicitarere óperam. Audin tu, múlier?
Qui me ín terra aeque fórtunatus erít si illa ad me bítet.
Solús ego omnibus antídeo facile misérrumus hominum ut [vívam.

Mil. 1058 et Curc. 141 extraordinaria caesura propter longitudinem vocis in medio versu positae excusari videtur. Conf. Klotz, *Grundz.*, p. 217. Pers. 779 non eadem excusatio est; non tamen corrigere necesse est, quandoquidem etiam apud Graecos nonnunquam post priorem quintae thesis brevem caesura est.

Mil. 1062 post quartam thesem vel post quintam arsem caesura esse videtur:

Minus áb nemine accipiét. Eu ecastór, nimis vilest tándem.

Sed potius inter *e-* et *castor* caesura est qua tanquam tmesi quadam compositae vocis prior pars separatur. Confer infra Trin. 835 (oct.) *circumstabánt.*

§ 6. — *De octonariorum formis*

Octonarii octavus pes anapaestus vel spondeus est vel tribrachus vel trochaeus, quandoquidem uniuscujusque versus ultimus semipes e syllaba ancipite constat. Ceteri pedes tam varie quam in septenariis formantur.

In uno quidem exemplo Pseud. 947 ea lex secundum quam dactylica vox in secundo vel sexto pede ita modo admittitur si superioris pedis arsis solvitur, non servari videtur :

Lepidó victu, vino, únguentis et intér pocula pulpámentis.

Sed fortasse *poc(u)lá* metiendum est, quandoquidem brevis finalis in arsi produci potest.

In caesura syllaba anceps admittitur sicut Bacch. 1099, Pers. 170, 789, 792, Poen. 1177, Pseud. 948, itemque hiatus Cas. 726, 880, Pers. 168, 754, 767, 785, Pseud. 183, 597, 1103, utrumque autem simul Curc. 138, Poen. 1188, Rud. 930.

Propter synaloepham caesura latet Bacch. 1106, Pers. 782, Truc. 105. 106, Pers. 174, 756, Trin. 825.

Paucissima sunt exempla in quibus legitima caesura deest et quinta thesis cum priore hemistichio jungitur, Aul. 715, Bacch. 1097 :

Nequeó cum animo certum ínvestigare : óbsecro vos ego, mi [aúxilio.
Omníaque ut quidque actúmst memoravit : eám sibi hunc an-[num cónductam.

In utroque loco extraordinaria caesura propter vocis longitudinem in medio versu positae excusari videtur[1].

1. Bacch. 1097 Klotzius, *Grundz.*, p. 217, perperam putat post priorem quintae thesis brevem caesuram esse. At finalis *-it* in perfecto apud Plautum longa est.

PARS SECUNDA

DE CONTINUIS PAROEMIACIS, DIPODIIS, DIPODIIS CATALECTICIS, TRIPODIIS, TRIPODIIS CATALECTICIS, DIMETRIS HYPERCATALECTIS, TRIMETRIS, TRIMETRISQUE CATALECTICIS

LIBER PRIMUS

Plautinorum exemplorum critica recensio

§ 1. — *Paroemiaci* (*vel dimetri catalectici*).

BACCHIDES, 1155 a, 1155 b.

Quid illaéc illic in cónsilio duae secreto consúltant ? ||

1155 a Quid aís tu, homo? Quid mé vis ?
b Pudet dícere me tibi quíddam. ||

Quid est quód pudeat? Sed amíco homini tibi quód volo credere [cértumst.

CASINA, 632 a- 633 b.

Párdalisca. Périi : unde meae usúrpant aures sónitum ? | ||

632 a Respíce modo ad me. — O ére mi.
b Quid tíbist? || Quid timida's ? Périi. |

Bacch. 1155 a, 1155 b. Unus versus est in B. Dimetros catalecticos agnoverunt Vossius, Klotzius, *Grundz.*, p. 429, Goetzius-Schoellius. Septenarium restituerunt Ritschelius, Fleckeisenus, Goetzius, Spengelius, *Reform.*, p. 349. <*Mi*> *homo* add. Ritsch., <*nunc*> *vis* Fleck., <*cedo*> *quid me vis* Gz., *Quid?* <*Quid*>*me vis* Speng.

Cas. 632 seq. Troch. tetrametros brachycatalectos (vel trochaicos dimetros cum trochaicis tripodiis) discripserunt Schoellius, Klotzius, *Ann.*

633 a Quid périisti? || Perii ét tu
b Periísti. || Perii? Quíd ita? |

Vae tíbi. || Immo vae tibi sít. Ne cadam, amabó, tene me. | ||

Casina, 741-743, 748-749.

Sapis sáne. | ||
Tuos sum équidem. |

741 Quid mi ópust servo tam néquam? | ||
Quid núnc? Quam mox recréas me? |
Cená modo si sit cócta. | ||

744. 745 Hisce érgo abeant. Propere íntro ite et cito próperate. | ||
746. 747 Ego jam íntus ero : facité cenam mihi ut ébria sit. | ||

748 a Sed lépide nitidequé volo:
b Nil móror barbarico blíteo. | ||
Stasne étiam? I sis. Ego hic hábeo.

Núm quid est céterum quód morae siet ? | ||

Casina, 902 a, 902 b.

Pudet hércle. Age audacter. ||

902 a <Postq>uám de<cu>buisti índe
b Volo mémorare, quid est fáctum. ||

<At> flágitiumst. Cavébunt
Qui audíerint faciant. ||

phil., a. 1891, Goetzius-Schoellius. Spengelius, *Reform.*, p. 357, iamb. septenarium et troch. septenarium restituit, *quid tibist* ante *ere mi* trajecto et *o* deleto et *quidnamst?* pro *Perii? Quid ita?* correcto et *vae tibi* quod in B versui 633 adhaesit, in fine collocato.

Cas. 741-743. An. dimetros cat. tres discripserunt Spengelius, Schoellius, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, an. dimetrum et dimetros cat. duos Goetzius-Schoellius. *Mihi opust servo* A, G.-Sch., *mihi servo opus est* P, Speng., Sch.

Cas. 748. An. dimetros cat. duos agnovit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 163, qui in A et B uno versu comprehenduntur, sicut v. 749 et 750. An. septenarium restituit Spengelius, *Reform.*, p. 360, *sit* post *volo* addito. Duos dactylicos tetrametros catalecticos in syllabam discripserunt Klotzius, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

749. An. dimetrum cat. separaverunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, quem A et B cum sequenti cretico versu junxerunt. An. septenarium constituit Spengelius *i tu jam* pro *etiam i* corrigens. *Habeo* A, Sch., G.-Sch., *habito* P, Speng.

Cas. 902. *<Postq>uam de<cu>buisti* explevit Lambinus. Schoellius post *factum* lacunam signat quam addito *<intus>* explere vult.

Casina, 937-940.

Séd concrepuerúnt fores : num illa mé nunc sequitur ? ||

937 Maxúmo ego ardeo flagítio
Nec quíd agam meis rebús scio, ||
Nec méam ut uxorem aspíciam
Contra óculis : ita dispérii. ||

'Omnia palam súnt probra.

Cistellaria, 218-220.

Lactát, largitur.

218 Quod dát non dat, delúdit. ||
Modo quod suasit dissuádet.
Quod díssuasit, id osténtat. ||

Maritumís moribus mecum éxpetitur : ita meúm frangit amantem ||
[ánimum.

Menaechmi, 114 a, 114 b.

Fáxis, faxó foris vídua visás patrem.

114 a Nam quótiens foras iré volo,
b Me rétines, revocas, rógitas. | ||

Quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí geram.

Pseudolus, 909 a, 909 b.

Sed ubi íllest ? Sumne ego homo ínsipiens, qui haec mécum egomet
[loquar sólus ? |

909 a Dedit || vérba mihi hercle, ut opínor, |
b Malus cúm malo stulte cávi. | ||

Tum pól ego interii, homo si ílle abiit neque hoc ópus quod volui hodie
[éfficiam.

Cas. 937-940. An. dimetros cat. discripserunt Brixius, *Ann. phil.*, vol. CXXXI, p. 202 et Langenus, *Stud. Pl.*, p. 30; dactylicos tetrametros catalecticos in syllabam Seyffertus, *Bursiani Ann.*, XLVII, p. 35, Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius.

Císt. 218-220. Sic discripserunt Hermannus, *Elementa*, p. 397, Spengelius, *Reform.*, p. 365, Schoellius, Goetzius-Schoellius, alii.

219. *Dissuadet* Pylades, *dissuasit* libri.

Men. 114 a, 114 b. Dactylicos tetrametros catalecticos in syllabam esse voluerunt Wagnerus, Leo, *Rhen. Mus.*, vol. XL, p. 198, Klotzius, *Grundz.*, p. 436, Schoellius, Goetzius-Schoellius; anapaesticos dimetros cat. constituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 184, Brixius, *Ann. phil.*, vol. CXXXI, p. 202. An. octonarium, addito <*retrahis*> post *retines* restituit Spengelius.

Pseud. 909 a, 909 b. An. dimetros cat. agnoverunt Muellerus, *Plaut.*

PSEUDOLUS, 916-918.

At hóc volo, monére te. Monéndu's, ne me móneas.

916 Nimis tándem ego abs te contémnor. |
Quippe égo te ni contémnam, |
918 Stratióticus homo qui clúear ?

Jam | || hoc vólo quod occeptúmst agi. Numquíd agere aliud mé [vides?

PSEUDOLUS, 1317-1320 a

Quid ego huíc homini faciám? Satin ultro || et argéntum aufert et mi [ínridet? |

1317 Vae víctis. Vorte ergo úmerum. | ||
Em. Hóc ego nunquam rátus sum |
Fore me, út tibi fierem súpplex. | ||
1320 a Heu, heú, heu. Desine. Dóleo.
b Ní doleres tu, égo dolerem.

RUDENS, 189 a, 189 b.

Hancíne ego ad rem natám miseram <me> mémorabo? ||

189 a Hancíne ego partem cápio
b Ob pietatem praecípuam ? ||

Nam hoc míhi haud labórist labórem hunc potíri.

Pros., p. 96, Studemundus, *De Canticis*, p. 52, Spengelius, *Plautus*, p. 132, et *Reform.*, p. 161, 402. Lorenzius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Pseud. 916-918. Bacch. tetrametros duos discribebat Brixius; an. dimetros cat. tres agnoverunt Ritschelius, Fleickeisenus, Muellerus. *Plaut. Pros.*, p. 97, Spengelius, *Reform.*, p. 402, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

1317-1319. Sic discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 407, Goetzius, Goetzius-Schoellius. An. dimetrum et septenarium restituit Ritschelius, an. dimetrum et octonarium Fleckeisenus.

1317. *Umerum* A, Gz., G.-Sch., *humerum* P, Speng., *tergum*, Ritsch., Fleck.

1318. <*Hercle*> post *hem* add. Ritsch., Fleck.

1319. *Me* AP, Gz., G.-Sch., *mi* Ritsch., Speng. *Tibi uti* corr. Fleck.

1320. Troch. octonarium esse jusserunt Ritschelius, Goetzius, iamb. septenarium Fleckeisenus, an. septenarium Spengelius, *Reform.*, p. 177. *Heu heu heu* BC, *heu heu* AD, Ritsch., Fleck., Gz., *heu heu heu heu* Speng. *Desine doleo* AP, Speng., *desine.* <*Sine me*> *: doleo* Ritsch., <*jam*> *desine doleo* Fleck., *desine.* <*At ego*> *doleo* Gz.

Rud. 189 a, 189 b. An. trimetrum altero *ego* deleto constituit Spengelius, *Reform.*, p. 328; Schoellius *hancine ego partem* in fine v. 188 collocat qui an. septenarius fit et e reliquis an. dimetrum facit. Paroemiacos constituerunt Seyffertus Sonnenscheiniusque.

STICHUS, 16-17.

Eum núnc improbi viri officio uti, | ||
Viris quí tantas abséntibus nostris | ||

16 Facit ínjurias inmérito |
Nosque áb eis abducére volt. | ||

Haec rés vitae me, sóror, saturant, | ||
Haec míhi dividiae et sénio sunt. | ||

STICHUS, 313-318, 322-325.

Nimis véllem hae fores erum fúgissent, ea caúsa ut haberent má-
[<lum mag>num. | ||

313 Deféssus sum pultándo. | ||
Hoc póstremumst : vae vóbis. | ||
Ibo átque hunc compellábo. | ||
Salvós sis. Et tu sálve. | ||
Jam tú piscator fáctu's? | ||
318 Quam prídem non edísti? | ||

Unde ís? Quid fers? Quid féstinas?
Tua quód nihil refert, né cures. | ||
Quid istíc inest? Quas tu edés colubras.

322 Quid tam íracundu's? Si ín te | ||
Pudor ádsit, non me appélles. | ||
Possúm scire ex te vérum? | ||
325 Potes : hódie non cenábis. | ||

Quisnam óbsecro has frangit fóris? Ubi <is> est? | ||

Stichus 16, 17. An. dimetros cat. agnoverunt Spengelius, *Reform.*, p. 414, Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii.

Stichus 313-318. An. dimetros cat. A et B ducibus discripserunt Hermannus, *Elementa*, p. 396, Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 417, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

314. *Postremumst vae* A, Gz., G.-Sch., *postremum est* P, Hermannus, <*nunc*> ante *hoc* addens, *postremum esto* Ritsch., Speng.

317. *Factu's* Ritsch., *factus* AP.

322-325. An. dimetros cat. A et B ducibus discripserunt Hermannus, *l.l.*, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii.

325. *Potes* A, Herm., Gz., G.-Sch., *potest* P, Speng., *potis* Ritsch.

Trin. 237 c. Sic A et B ducibus discripserunt Studemundus, *De Canticis*, p. 40, Klotzius, *Grundz.*, p. 496, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius. An. septenarium constituit Spengelius, *Reform.*, p. 75, troch. septenarium (*-plagas*) Ritschelius Fleckeisenusque, *hominem* post *se* trajicientes.

TRINUMMUS, 237 c, 238 a.

237 a Numquam ámor quemquam ||
237 b Nisi cúpidum hominem | ||

237 c Postulát se in plagas conjícere: | ||
238 a Eos pétit, eos consectátur, ||

Súbdole blandítur, ab re cónsulit. | ||

TRINUMMUS, 261-262.

Amór amari dát tamen satís quod aegrest : | ||

261 Fugit fórum, fugit suos cognátos, ||
Fugat ípse ab suo contútu | ||

Neque eúm sibi amicum vólunt dici. ||

TRUCULENTUS, 113 a, 113 b.

Nam ipsí vident eorum quom ágerimus bona atque || étiam ultro ipsi
[aggerúnt ad nos. ||

113 a Me illís quidem haec verberat vérbis : |
b Nam ego húc bona mea degéssi. | ||

Comménmini, jam pol eúmpse ad nos, si dómi erit, mecum addú-
[cam. | ||

V. 238 a. Troch. dimetrum esse voluit Klótzius, *l. s. s.*, cum v. 238 b conjunxerunt Ritschelius, Fleckeisenus, Spengelius, *Reform.*, p. 418, Goetzius-Schoellius, troch. septenarium deleto *blanditur* restituentes. *Petit* A, Ritsch., Fleck., *cupit* P, Speng., Klotzius, G.-Sch. *Consectatur* P, Speng., Klotzius, G.-Sch., *sectatur* A, Ritsch., Fleck.

Trin. 261. An. dimetrum cat. constituerunt Seyffertus, *De Bacch.*, p. 16, Goetzius-Schoellius, an. dimetrum Spengelius, *Reform.*, p. 238, seq., Niemeyerus, bacch. trimetrum Ritschelius, bacch. tetrametrum Fleckeisenus. *Fugit suos* A, *fugat suos* P, Ritsch., G.-Sch., *fugat tuos* Fleck., Seyffertus, *fugitat suos* Speng., Niemey.

262. *Fugat ipsussem* A, *fugat ipse se* P, *fugat se ipsus* Ritsch., *fugat temet* Fleck., *fugant ipsi istum* Speng., *fugat ipsus se* Muell., *Plaut. Pros.*, p. 113, Niemey., G.-Sch. An. dimetrum cat. constituo, an. dimetrum discripserunt Spengelius, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Muellerus, juncto v. 263, bacch. trimetrum Ritschelius Fleckeisenusque.

Truc. 113 a, b. An. dimetros cat. duos discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 392, Spengelius, *Reform.*, p. 422, Goetzius-Schoellius, an. dimetrum et dimetrum cat. Klotzius, *Grundz.*, p. 124, an. septenarium Schoellius, *equidem* corrigens.

§ 2. — *Dipodiae*

CASINA, 179 a, 179 b.

| || Nam ego íbam ad te. Et
Pol ego ístuc ad te. |

179 a Sed quíd est quod tuo ||
b Nunc ánimo aegrest? |

Nam quód tibist aegre,
Idem míhist dividiae. | ||

STICHUS, 1 a, 1 b, 1 c.

1 a Credo égo miseram |
b Fuisse Pénelopam, | ||
c Soror, suo éx animo |

2 a Quae tám diu vidua | ||

STICHUS, 6 a, 6 b, 6 c.

Sollícitae noctes ét dies, sorór, sumus sémper. | ||

6 a Nostrum ófficium |
b Nos fácere aequomst | ||
c Neque id mágis facimus |

7 a Quam nós monet pietas. | ||

TRINUMMUS, 237 a, 237 b.

Ita fáciam, ita placet. Omniúm primum | ||
Amóris arteis èloquar quem ad módum se expediant. | ||

Cas. 179 a, 179 b. An. dimetrum A duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 354, Schoellius. B post *tuo* distinguit. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius, metra incertiora esse aestimantes.

Stichus 1 a seq. Sic A duce discripsit Klotzius, *Grundz.*, p. 519; B duce duos versus ex anapaestica dipodia et tripodia catalectica constantes constituit Christius, *Metr. Bemerk.*, p. 48, *Metr.*, p. 272, adsentiente Goetzio, an. dimetrum et dimetrum hypercatalectum Spengelius *Reform.*, p. 331. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Fuisse Penelopam* AP, Speng., Klotz., G.-Sch., *Penelopam fuisse* traj. Christius.

Stich. 6 a seq. Sic A duce discripsit Klotzius, *Grundz.*, p. 519, jamque fere Studemundus, *De Canticis*, p. 32. An. dimetrum et dimetrum hypercatalectum B duce constituerunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

237 a Numquam ámorquemquam ||
b Nisi cúpidum hominem | ||
c Postulát se in plagas conjícere. | ||

§ 3. — *Dipodiae catalecticae*

CASINA, 732 a, 732 b.

| || Potin á me abeas, |
732 a Nisi mé vis |
b Vomere hódie? | ||
Mané. Quid est? Quis híc homo est? | ||

CASINA, 740 a, 740 b.

Olympisce mí, mi patér, mi patróne. Em, |
740 a Sapis sáne. | ||
b Tuos sum équidem. |
Quid mi ópust servo tam néquam? | ||

§ 4. — *Tripodiae*

CASINA, 161, 162.

Stabulúm nequitiae. | ||
161 Nunc húc meas fortunas
Eo quéstum ad vicinam. |
163 a Sed fóris concrepuit ||
b Atque ípsa eccam egreditur. |

Trin. 237 a, b. Sic B duce discripsit Klotzius, *Grundz.*, p. 496; an. dimetrum A duce constituerunt Niemeyerus, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Spengelius, *Reform.*, p. 75.

Cas. 732 a, b. Sic A. An. dipodias cat. duas agnovit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, quas uno versu scripsit. Schoellius et Goetzius-Schoellius iambicum dimetrum cat. constituerunt, Spengelius, *Reform.*, p. 360, an. octonarium.

Cas. 740 a, b. Sic A duce an. dipodias cat. duas discripserunt Goetzius-Schoellius. Spengelius Schoelliusque an. dimetrum cat. constituerunt, *em* in initio versus collocantes.

Cas. 161, 162. Sic duos versiculos dispescuerunt Schoellius et Goetzius-Schoellius, sed iambicos dimetros cat. esse putaverunt. An. trimetrum discripsit Spengelius, troch. senarium Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891.

PSEUDOLUS, 1253 b, 1254 a, b.

1253 a Ita víctu excurato, íta magnis

1253 b Mundítiis dis dignis, | ||
1254 a Itaque ín loco festivo
b Sumus féstive accepti. | ||

Quid opúst me multas
Agere ámbages? Hoc ést || homíni |
Quam ob rém amet vitam. ||

§ 5. — *Tripodiae catalecticae*

AMPHITRUO, 165 a, b

A pórtu med íngratiís excitávit. ||

165 a Nonne ídem hoc luci
b Me míttere potuit? ||

Opulénto homini hoc servitús durast.

CASINA, 164 a, b.

|| Atque ípsa eccam egreditur. |

164 a Nón pól per tempus
b Iter húc mihi incepi, | ||

Sequimini, comites, in próxumum me huc. Heus vós, ecquis | haec quae [lóquor audit? | ||

Pseud. 1253. Bacch. tetrametrum discripsit Ritschelius, deleto *magnis* (quod omnes praeter B libri cum A exhibent) et *dis* (quod Ambrosiano traditum est, in Palatinis autem ante *dignis* facile omissum est), an. trimetrum Spengelius, *Reform*.. p. 210, 405, deleto *magnis*, an. septenarium Goetzius <*et*> ante *dis* addens itemque Goetzius-Schoellius *divis* pro *dis* corrigentes.

Pseud. 1254. Bacch. tetrametrum, deleto *que* et trajecto *loco in* constituit Ritschelius, an. trimetrum Spengelius, *Reform.*, p. 210, iamb. dimetros cat. duos Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Amph 165 a, b. An. tripodias cat. duas discripsit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 350 adn., an. dipodiam et tripodiam cat. Christius, *Metr. Bemerk.*, p. 49, *ídem* metiens; an. dimetrum restituit Spengelius, *non* pro *nonne* corrigens et *me* post *non* trajiciens. Versum damnaverunt Goetzius-Loewius. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Cas. 164 a, b. *Pol* P, om. A, *huc* A, om.. P. An. dimetrum discripsit Spengelius, *pol* et *huc* omittens, cret. tetrametrum cat. Schoellius. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

8

CASINA, 180, 181.

Sed quíd est quod tuo ||
Nunc ánimo aegrest? |

180 Nam quód tibist 'aegre,
Idem míhist dividiae. | ||

Credo écastor: nam vícinam nemínem amo merito mágis quam te ||

CASINA, 735-736.

Erus súm. Qui erus? Quoius tú servo's. ||

735 Servós ego? Atque meus. |
Non súm egò liber? | ||

Meménto, meménto. Mane átque asta. Omítte.

CASINA, 753-755, 756 b-758.

Gladiúm Casinam intus habére ait |

Qui méd atque te interimat. | ||

753 Scio. Síc sine habere. |
754 a Nugás agunt: novi |
b Ego illás malas merces. | ||
755 a Quin tu í modo mecum |
b Domum. At pól malum metuo. | ||

756 a I tú modo: perspicito |

Cas. 180, 181. An. tripodias cat. duas agnovit Schoellius. An. dimetrum hypercatalectum discripsit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891. An. dimetrum restituit Spengelius, *Reform.*, p. 354, *tibi* pro *tibist aegre* corrigens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Cas. 735 seq. An. tripodias catalecticas duas discribo, quarum prior versui 734 in A, altera priori in B adhaesit. An. dimetrum fecerunt Spengelius, *Reform.*, p. 360, *servos* delens, Goetzius-Schoellius, syncopam in *atqu(e)* admittentes. Schoellius paroemiacos duos constituit (*Quoius — ego*, *Atque — liber*). Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, iambicum dimetrum hypercatalectum fecit.

Cas. 753 seq. Sic A. B autem v. 753, 754 a, b contraxit, itemque v. 755 a, b, tum sex versiculos 756 a-758 b duobus versibus comprehendit, quorum alter a *Vita* incipit. Spengelius, *Reform.*, p. 300 seq., reizianos versus quinque restituit, Schoellius an. dimetros cat. duos et reizianos tres constituit, Klotzius et Goetzius-Schoellius an. tripodias cat. tres, reizianos duos, an. tripodias cat. duas reizianumque discripserunt. *Habere* del. Speng.

754. <I> ante *nugas* add. Sch. *Malas* del. Speng.

756. *Prior* A, G.-Sch., *prius* P, Speng., Sch. *Quid intus agatur* AP, Sch., G.-Sch., *intus quid agatur* traj. Speng.

b Prior quíd intus agatur. |
757 a Tam míhi mea || vita |
b Tua quám tibi carast. |
758 a Verum í modo. Si tu |
b Jubes em íbitur tecum. | ||

CASINA, 843-845.

Dedísti hujus quóm copiám mihi dedísti, o | ||

843 Corpúsculum malacum |
Mea uxórcula, quae res? | ||
Quid est? ínstitit planta |

Quasi lúca bos. Tacé sis, | ||

CASINA, 951-953.

Súfferamque eí meum térgum ob injúriam. ||

951 a Sed ecquis ést qui homo munus
b Velit fúngier pro me? ||
Quid núnc agam nescio,
953 Nisi ut ímprobos famulos

Imitér ac domo fugiam. ||

CISTELLARIA, 4 a, b.

Apéruistis, tu átque haec. Sorór si mea ésses, ||

4 a Qui mágis potueritis
b Mihi honórem ire habitum, ||

Néscio, nisi, ut méus est animus, fíeri non posse árbitror.

757. *Tam <cara> vita mihi meast quam tua* corr. Speng. *Pessume* post *vita* addit Sch.

758. *Em* A, Sch., G.-Sch., *in* P, *intro* Speng.

Cas. 843 seq. An. tripodias cat. tres A duce discripserunt Leo, *Rhen. Mus.*, vol. XL, p. 190, Schoellius, Klotzius, *Nov. Ann.phil.*, a 1891, Goetzius-Schoellius. Iamb. octonarium (*-uxorcula*), cujus in initio lacunam signat et iamb. septenarium (*-tace sis*), juncto versu 846, constituere vult Spengelius, *Reform.*, p. 362, *malaculum* pro *malacum* et *mea's* pro *mea* corrigens et *planta<m> institit* trajiciens et *<ah>* ante *tace* addens.

Cas. 951 seq. A deest, B versiculos contraxit. An pentapodiam (*— pro me*) et an. octonarium discripsit Klotzius, *loc. s. s.*, creticum tetrametrum (*— fungier*) et creticum dimetrum (*— agam*) et troch. dimetros cat. duos (*— improbos*, *— domo*) Schoellius et Goetzius-Schoellius.

Cist. 4 a, b. An. tripodias cat. duas agnoverunt Schoellius, Goetzius-

MENAECHMI, 352 a, b.

Sine fóris sic, abi : nolo óperiri. ||

352 a Intús para, cúra:
b Vide quód opust fiat. ||

Sterníte lectos,
Incéndite odores. ||
Mundítia inlecebra animóst amantum. ||

MOSTELLARIA, 874 a, b.

Bonús, si probí, si improbí sunt, malús fit. ||

874 a Nam núnc domi nostrae
b Tot péssumi vivont ||

Pecúli suí prodigí, plagigéruli.

PERSA, 494 b, c.

494 a | Unde tú pergrande lucrúm facias : ||

b Faciam út mei memineris,
c Dum vítam vivas. |

Bene díctis || tuis benefácta aures
Meae auxílium exposcunt. | ||

Schoellius, quas B duce uno versu scripserunt. Bacch. tetrametrum constituerunt Fleckeisenus, trajecto *magis* ante *qui* et *mi* post *honorem*, Spengeliusque trajecto *honorèm* post *qui* et *mi* post *ire*. *Potueritis* CD, Sch., G.-Sch., *potueris* B, Fleck., Speng.

Men. 352 a, b. Unus versus est in B. An. tetrapodiam hypercatalectam restituit Winterus, *Ueber die metrische Reconstruction der Plautinischen Cantica*, p. 63, *intus para* trajiciens. Verbis *quod opust fiat* versui 353 applicatis, iambicum dimetrum constituerunt Brixius, Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

Most. 874. An. tripodias cat. duas agnoverunt Schoellius, Goetzius-Schoellius quas B duce uno versu scripserunt. Bacch. tetrametrum restituebat Hermannus, *pessumi* post *nunc* et *dominostrae* post *tot* trajiciens, itemque Ritschelius Spengeliusque, *Reform.*, p. 384, *tot* post *nunc* et *domi nostrae* post *pessumi* trajicientes.

Pers. 494. An. octonarium (— *vitam*) constituit Studemundus, *De Canticis*, p. 3, assentientibus Schoellio, Goetzio-Schoellio. Ambrosiani discriptionem servat Spengelius, sed an. octonarium (— *vivas*) ut constituat, *faciam ut* delet.

POENULUS, 1191 b, c.

1191 a Omnía faciet Juppitér faxo. Nam míhi est obnoxius ét me |

b Metuít. || Tace quaeso. | ||

c Ne lácruma, patrue.

Ut vólup est homini, méa soror, si quód agit cluet victória.

§ 6. — *Dimetri hypercatalecti*

TRINUMMUS, 287 a, b.

Sacrúm profanum, públicum privátum habent, hiúlca gens.

287 a Haec égo doleo, haec sunt quaé me excruciant, ||

b Haec diés noctis cantó tibi ut caveas. | ||

Quod mánu non queunt tangére, tantum fas hábent quo manus [abstíneant. | ||

§ 7. — *Trimetri*

CASINA, 744-747.

Cená modo si sit cócta. | ||

744-745 Hisce érgo abeant. Propere íntro ite et cito próperate. | ||

746-747 Ego jam íntus ero: facité cenam mihi ut ébria sit. | ||

Sed lépide nitidequé volo.

Poen. 1191 b, c. An. dimetrum discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 395, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Trin. 287 a, b. *Quae me* A, *quem* P. *Canto tibi* AB, *tibi canto* ceteri. An. dimetros hypercatalectos duos libris ducibus constituerunt Goetzius-Schoellius; an. dimetros restituerunt Spengelius Niemeyerusque *me* et *tibi* delentes.

Cas. 744 seq. An. dimetros cat. duos et an. tripodias duas discripserunt Schoellius, Klotziusque (*Nov. Ann. phil.*, a. 1891), an. septenarium et an. tripodias duas Goetzius-Schoellius; an. septenarios duos restituit Spengelius, *Reform.*, p. 360. *Hisce ergo* A, *ergo* P (cum lacuna in BV ante *ergo*). *Propere cito* AP, *propere* Sch., Kl., *properate cito* Speng., *propere Citrio* G.-Sch. *Properate* A, *deproperate* P, Sch., Kl., Speng., G.-Sch. *Facite* AP, Sch., Kl., G.-Sch., *facito* Speng. <*Tu modo*> ante *facito* et <*cocta*> post *sit* addit Spengelius.

Truculentus, 98, 99.

Neu quí manus adtulerít sterilis intro ád nos, ‖

98 Gravidás foras exportét. Novi ego hominúm mores. ‖
Ita núnc adulescentés morati súnt: quinei ‖

Aut sénei adveniunt
Ad scórta congerrónes. ‖

§ 8. — *Trimetri catalectici*

Curculio, 96, 97 a.

Tace: óccultemus lúmen et vocém. Licet.

96 Flos véteris vini meís naribus objéctust. ‖
97 a Ejús amor cupidam me húc prolicit per ténebras. ‖

Ubi, ubíst, prope mest: evấx habeo.

Curculio, 155-157.

Néc mea grátia cómmovent se ócius.

155 Perspício nihili meám vos gratiam fácere. ‖
St. Táce, tace. Taceo hercle équidem. Sentio sónitum. ‖
Tandem édepol mihi morígeri pessuli fíunt. ‖

Plácide egredere et sónitum prohibe fórium et crepitum cárdinum.

Truc. 98. An. trimetrum discripserunt Goetzius-Schoellius, an. trimetrum cat. Spengelius, *Reform.*, p. 328, *ego* post *hominum* trajiciens, iambicos dimetros cat. duos Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 186 adn., <*hinc*> post *novi* addens, bacch. dimetrum Schoellius, verba *novi — mores* versui 99 applicans.

Truc. 99. An. trimetrum B duce discripserunt Goetzius-Schoellius, troch. octonarium (*Novi — sunt*) Schoellius, an. octonarium (*Ita — adveniunt*) Muellerus, *ibid.*, Spengelius, *Reform.*, p. 226.

Curc. 96 seq. An. trimetros cat. duos discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 328, an. octonarios duos Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 89 (— *cupidam*, — *salve*) itemque fere Schoellius, nisi quod <*intus*> post *prolicit* addit (— *cupidam*, — *habeo*), dactylicos hexametros catalecticos in syllabam Goetzius-Schoellius.

Curc. 155 seq. An. trimetros cat. tres discripserunt Christius, *Metr. Bemerk.*, p. 44, *Metr.*, p. 273, Spengelius, *Reform.*, p. 328. Ex trochaico quaternario et cretico dimetro catalectico compositos esse censuerunt Studemundus, *De Canticis*, p. 90, et Brixius, *Nov. Ann. phil.*, vol. XCI, p. 67. Iambicos senarios restituit Klotzius, *Grundz.*, p. 497, *facere gratiam* et *sonitum sentio* et *fiunt pessuli* trajiciens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Perspicio* Muretus, *respicio* libri.

MENÆCHMI, 110, 111.

Menaéchmum eccum ipsum vídeo : progreditúr foras.

Ni mála, ni stulta sis, ni índomita imposque ánimi, | ||
Quod viro esse odio videás, tute tibi odio hábeas. | ||

Praeterhac sí mihi·tále post húnc diem.

Men. 110. An. trimetrum constituit Spengelius, *Reform.*, p. 329, *sies* pro *sis* corrigens. An. dimetrum (— *indomita*) discripsit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 184, choriambicum tetrametrum Bothius, Leo, *Rhein. Mus.*, t. XL, p. 190, Schoellius, *sies* pro *sis* corrigentes. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Men. 111. An. trimetrum cat. discripsit Spengelius. E logaedica serie et trochaica tripodia compositum esse vult Leo, *loc. s. s.*, cui assentiuntur Schoellius et Goetzius-Schoellius.

LIBER SECUNDUS

De prosodia

§ 1. — *De brevibus breviantibus*

A. Iambica vox, cujus altera syllaba positione longa est, pro pyrrhichio ponitur :

In thesi prima : *fugit* Trin. 261 (par.), *idem* Cas. 181 (trip. cat.), *potes* Stich. 325 (par.).

In arsi prima : *forum* Trin. 261 (par.), *opust* Cas. 741 (par.).

In thesi secunda : *agam* Cas. 952 (trip. cat.), *agunt* Cas. 754 (trip. cat.), *fugit* Trin. 261 (par.), *malum* Cas. 755 b (trip. cat.).

B. Iambica vox, cujus altera syllaba natura longa est, pro pyrrhichio ponitur :

In thesi prima : *dedit* Pseud. 909 a (par.), *fugat* Trin. 262 (par.), *modo* Cist. 219 (par.), *nisi* Cas. 732 a (dip. cat.), Trin. 237 b (dip.), *pudet* Bacch. 1155 b, *pudor* Stich. 323 (par.), *soror* Stich. 1 c (dip.), *velit* Cas. 951 b (trip. cat.), *vide* Men. 352 b (trip. cat.).

In arsi prima : *amor* Trin. 237 a (dip.), *ego* Pseud. 917 (par.), Stich. 1 a (dip.), *moror* Cas. 748 b (par.), *tace* Curc. 156 (trim. cat.), *tibist* Cas. 632 b (par.).

In thesi secunda : *domi* Most. 874 (trip. cat.), *ego* Pseud. 1318 (par.), *homo* Cas. 951 a (trip. cat.), *loco* Pseud. 1254 a (trip.), *malas* Cas. 754 b (trip. cat.), *malo* Pseud. 909 b (par.), *modo* Cas. 755 a (trip. cat.), Cas. 758 a (trip. cat.), *tace* Poen. 1191 b (trip. cat.), Curc. 156 (trim. cat.), *tibi* Pseud. 1319 (par.), Cas. 757 b, *tibist* Cas. 180 (trip. cat.).

In arsi secunda : *plagas* Trin. 237 c (par.).

In thesi tertia : *tibi* Bacch. 1155 b (par.).

C. Monosyllaba brevis insequentem monosyllabam positione longam breviat :

In thesi prima : *quid est* Cas. 845 (trip. cat.).

In arsi prima : *quid est* Cas. 179 a (dip.).

D. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentem monosyllabam positione longam breviat :

In thesi prima : *domum at* Cas. 755 b (trip. cat.), *neque id* Stich. 6 c (dip.).

In thesi secunda : *ego abs* Pseud. 916 (par.).

E. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentem monosyllabam natura longam breviat :

In thesi secunda : *quidem haec* Truc. 113 a (par.).

In thesi tertia : *ego hic* Cas. 749 (par.).

F. Monosyllaba brevis insequentis polysyllabae principialem syllabam positione longam breviat :

In arsi prima : *quid intus* Cas. 756 b (trip. cat.).

In thesi tertia : *id ostentat* Cist. 220 (par.).

G. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentis polysyllabae principialem syllabam positione longam breviat :

In thesi prima : *ego illas* Cas. 754 a (trip. cat.).

In arsi prima : *piro esse* Men. 110 (trim. cat.).

In summa triginta octo exempla in thesi inveniuntur, duodecim autem modo in arsi. Nec ullum est quod cum legibus de iambica correptione supra expositis non conveniat.

§ 2. — *De synizesi in iambicis vocibus*

His in exemplis synizesis necessario statuenda esse videtur : *tuo* Cas. 179 a in fine dipodiae, de qua vide infra, in libro tertio ; *meis* Curc. 96 in caesura trimetri catalectici, *meam* Curc. 155 in caesura trimetri catalectici. Confer infra, de re metrica. De *scio* Cas. 938 (par.), vide infra, § 6.

§ 3. — *De cretico pro anapaestico pede vel pro duobus semipedibus posito*

A. Cretica vox, cujus ultima syllaba positione longa est, pro quattuor moris ponitur :

In primo secundoque pede : *fungier* Cas. 951 b (trip. cat.), *ibitur* Cas. 758 b (trip. cat.).

In quarto quintoque pede : *gratiam* Curc. 155 (trim. cat.).

B. Cretica vox, cujus ultima syllaba natura longa est, pro quattuor moris ponitur :

In primo pede : *postulat* Trin. 237 c (par.).

In secundo pede : *ardeo* Cas. 937 (par.).

In primo secundoque pede : *improbos* Cas. 953 (trip. cat.), *institit* Cas. 845 (trip. cat.), *pessumi* Most. 874 b (trip. cat.).

In secundo tertioque pede : *nescio* Cas. 952 (trip. cat.), *verberat* Truc. 113 a (par.).

In quarto quintoque pede : *pessuli* Curc. 157 (trim. cat.), *sentio* Curc. 156 (trim. cat.).

C. Cretica terminatio, cujus ultima syllaba positione longa est, pro quattuor moris ponitur :

In primo secundoque pede : *corpusculum* Cas. 843 (trip. cat.).

D. Cretica terminatio, cujus ultima syllaba natura longa est, pro quattuor moris ponitur :

In secundo pede : *injurias* Stich. 16 (par.).

E. Trochaica vox cum monosyllaba natura longa juncta pro quattuor moris ponitur :

In secundo tertioque pede : *stulta sis* Men. 110 (trim. cat.).

F. Trochaica vox cum principiali polysyllabae vocis natura longa syllaba juncta pro quattuor moris ponitur :

In primo pede : *fuisse Penelopam* Stich. 1 b (dip.). Sic Ambrosiano et Palatinis ducibus scripserunt Spengelius, Klotzius, Goetzius-Schoellius. Nec dubium est quin versus anapaesticus sit. Similia autem exempla in continuis septenariis octonariis dimetrisque inveniuntur. Confer supra, in parte prima.

In summa omnia haec exempla cum iis conveniunt quae supra collegimus nec alio modo explananda sunt. *Nescio* Cas.

952 in fine tripodiae catalecticae dactyli vice fungi non potest, quandoquidem dactylus in versus fine non admittitur; sed eandem synizesim patitur quam saepius *scio*. Item synizesis statuenda est in secundo pede paroemiaci Stich. 16 *injurias*. Nam sicut in dimetris, ita in paroemiacis pes secundus e dactylica voce vel terminatione constare non potest. Syncopa autem explanandum est ultimum exemplum, *fuisse Penelopam;* nam nec *fuĭssĕ Pēnelopam* nec *fuīssĕ Pĕnelopam* metiri fas est. Postremo idcirco creticus pro quattuor moris ponitur quod media brevis tollitur et pro nihilo in versu putatur.

§ 4. — *De paeone quarto pro uno pede vel duobus semipedibus posito*

Pers. 494 b si recte discripsimus, *memineris* in fine tripodiae catalecticae pro quattuor moris ponitur, id est pro anapaesto, quandoquidem ultimum semipedem e duabus brevibus constare non licet. Media igitur paeonis quarti brevis syncopa tollitur. De hoc loco, vide infra (in libro tertio).

§ 5. — *De hiatu*

I. Syllaba non elisa corripitur.

In thesi secunda : *tŭ homo* Bacch. 1155 a (par.).

II. Syllaba in hiatu immutata servatur.

1. Brevis monosyllaba littera *m* terminata non eliditur.

In thesi prima : *năm ego huc* Truc. 113 b (par.).

In arsi prima : *sŭm ego* Cas. 736 (trip. cat.).

2. Iambica vox ante vocalem pro pyrrhichio ponitur.

In thesi secunda : *modŏ ad* Cas. 632 a (par.).

In arsi quarta : *egŏ hominum* Truc. 98 (trim).

3. Pseud. 1318 (par.) *em* ante *hoc* non modo non eliditur sicut Curc. 128, sed etiam positione longum est.

§ 6. — *De* s *finali*

Syllaba brevis *s* littera terminata ante consonantem positione producitur : Stich. 316 (par.) *salvos* (in arsi prima), Stich. 313 (par.) *defessus* (in thesi secunda), Curc. 96 (trim. cat.) *veteris* (in thesi secunda).

Men. 352 a (trip. cat.) potius metiendum videtur *intŭs pără* quam *intŭs pără*, itemque Cas. 938 (par.) *rebŭs scio* potius quam *rebŭs scio*.

§ 7. — *De brevi finali in arsi producta*

Cas. 746. 747 (trim.) brevis finalis vocis *facite* in tertia arsi eo facilius produci potest quod post *facite* trimetri caesura est. Ergo Ambrosiani et Veteris Codicis discriptionem servare decet nec dispescendae sunt duae tripodiae.

LIBER TERTIUS

De re metrica

§ 1. — *De paroemiacorum usu*

Plerumque singuli et clausulae loco adhibentur dimetri catalectici vel paroemiaci, sed nonnunquam etiam plures deinceps ponuntur.

Continui paroemiaci cum aliis anapaesticis versibus plerumque junguntur.

1. Cum anapaesticis septenariis junguntur Bacch. 1155 a, b, Cist. 218-220, Pseud. 909 a, b.

Nam Bacch. 1154 et 1156 septenarii sunt. Nec jure v. 1155 quoque septenarium esse voluerunt Ritschelius, Fleckeisenus, Goetzius, Spengeliusque, alii aliud addentes. Nihil enim corrigendum est, nec sententia nec metrum quidquam desiderat. Nam in eo cantico dimetri et paroemiaci cum octonariis septenariisque miscentur. Paroemiacos igitur v. 1155 a, b, Vossio, Klotzio, Goetzio-Schoellio ducibus discribere decet.

Cist. 218-220 tres paroemiacos esse inter omnes constat. Sequuntur autem septenarii (221-224) de quibus vide supra, in prima parte.

Pseud. 909 a, b, duos paroemiacos Muellerus, Studemundus, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii A duce discripserunt. Quos septenarius antecedit, sequuntur autem octonarii.

2. Cum anapaesticis octonariis junguntur Pseud. 1317-1320 a, Stich. 313-318, Truc. 113 a, b.

Nam Pseud. 1317-1319 paroemiacos tres A duce jure discripserunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, quos octonarius antecedit. V. 1320 a autem paroemiacus quoque esse videtur, sequente trochaico dimetro.

Stich. 313-318 sex paroemiacos esse inter omnes constat, nec dubium est quin antecedentes versus (309-312) octonarii sint, de quibus vide supra, p. 40, 94. Confer infra, 3.

Truc. 113 a, b paroemiacos duos A duce jure discripserunt Muellerus, Spengelius, Goetzius-Schoellius, quos sex octonarii antecedunt.

3. Cum anapaesticis dimetris junguntur Stich. 16, 17, 313-318, 322-325, Trin. 261, 262.

Nam Stich. 16, 17 paroemiacos esse omnes consentiunt, quos dimetri sequuntur (18-20).

Stich. 313-318 octonarios sequuntur, dimetros (319-321) antecedunt, quos rursus quattuor paroemiaci (322-325) sequuntur. Hi autem quattuor, quos nemo non agnovit, quattuor antecedentibus paroemiacis (315-318) respondent. Nam cum versu 315 incipit dialogus. In primis autem paroemiacis (313-314) sicut in octonariis (309-312) Pinacium secum loquitur.

Trin. 261-262 sic constituendi videntur:

Fugit fórum, fugit suos cognátos, ||
Fugat ípse ab suo contútu. | ||

Nam v. 261 paroemiacum agnoverunt Seyffertus, Goetzius-Schoellius nec quidquam causae est cur dimetrum Spengelio duce restituas. Ambrosiani autem lectio *fugit suos* Palatinorum lectione *fugat suos* potior est, nam cum verbis proximis *fugit forum* optime convenit. V. 262 vero in libris corruptus esse videtur. Nam A *fugat ipsussem* habet, P autem *fugat ipse se.* Nec *fugat ipsus se* Muellero duce scribere decet. Nam non se fugat ab suo contutu, sed cognatos de quibus et in v. 261 et in v. 263 agitur. Inde sane orta est librorum mendosa lectio *ipsusse* quod corrector *se* (id est *ipse*) supra *ipsus* scripserat. Ergo duos paroemiacos habemus, quos dimetri sequuntur.

4. Cum anapaesticis trimetris junguntur Cas. 632 a-633 b, 741-743, 748 a-749, Rudens 189 a, b.

Nam Cas. 632 a-633 b quattuor paroemiaci discribendi videntur, si eam discriptionem versuum quae in A est cum ea quam B habet conferimus. Versiculos enim binos contraxit A; in B autem initium alterius primo adhaesit itemque tertii initium alteri et quarti initium tertio. Nec jure trochaicos tetrametros brachycatalectos duos (vel trochaicos dimetros cum

trochaicis tripodiis) discripserunt Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius. Tali quidem metro versus 630 et 631 compositos esse verum est. Sed in v. 630 et 631 inter dimetrum et tripodiam legitima caesura est, in his autem versibus non est. Nec rectius Spengelius, *Reform.*, p. 357, iambicum septenarium et trochaicum septenarium multis correctionibus nequiquam factis restituit. Nulla contra opus est, si paroemiacos quattuor discribimus. Sequitur autem trimeter de quo infra in tertia parte dicetur.

Cas. 741-743 paroemiacos tres agnoverunt Spengelius, Schoellius, Klotziusque. V. 741 quidem dimetrum esse voluerunt Goetzius-Schoellius, Ambrosiani lectionem *mihi opust servo* Palatinorum lectioni *mihi servo opust* (*opus est*) anteferentes. Verum servato eo ordine qui Ambrosiano traditur paroemiacus facile constituitur, modo *mi* scribas. De duobus trimetris quos hi peroemiaci tres antecedunt, infra § 13 dicetur.

Eosdem trimetros tres paroemiaci (748 a -749) sequuntur. Nam v. 748 a, b, paroemiacos duos dispescuit Muellerus, quos A et B sicut v. 749 et 750 contraxerunt. Dactylicum quidem esse versum putant Klotzius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, nempe v. 748 e duobus dactylicis tetrametris catalecticis in syllabam constare. Sed ex eo quod multi pedes dactyli sunt non necessario concluditur dactylicum esse metrum. Nam verbi gratia apud Ennium, *Androm.*, v. 81 :

O páter, o patria, o Príami domus,

anapaesticum esse vel Klotzius concedit (*Grundz.*, p. 440), cujus omnes pedes dactyli sunt. Anapaesticos autem esse v. 740-747 itemque v. 749 inter omnes constat. Ergo anapaestos continuare decet. Nec septenarios Spengelio duce restituere oportet, sed libris ducibus paroemiacos tres constituere, qui tribus antecedentibus paroemiacis apte respondent.

Rud. 189 a, b, paroemiacos duos jure dispescuerunt Seyffertus Sonnenscheiniusque, qui an. trimetrum sequuntur, sicut paroemiacus v. 186 an. trimetrum sequitur.

5. Cum anapaestica tripodia catalectica junguntur. Cas. 902 a, b, Cist. 218-220.

Nam Cist. 218-220 paroemiaci tres quos supra vidimus ante septenarios collocatos esse, tripodiam catalecticam sequuntur.

Item Cas. 902 a, b, duo paroemiaci tripodiam catalecticam sequi videntur. Nec septenarium Schoellio duce restituere necesse est. Nam *<postq>uam de<cu>buisti* explere satis est nec quidquam amplius sententia desiderat. Metri autem causa non corrigendum est, sed duo paroemiaci dispescendi quos B contraxit.

6. Cum anapaesticis dipodiis junguntur Trin. 237 c, 238 a.

Trin. 237 c paroemiacum A et B ducibus jure discripserunt Studemundus, Klotzius, Goetzius-Schoellius, alii. V. 238 a autem B duce separare decet, qui in Trinummi canticis veram discriptionem plerumque servavit. Hic versiculus, quem Klotzius troch. dimetrum esse voluit, potius paroemiacus est sicut v. 237 c. De duabus antecedentibus dipodiis, vide infra.

7. Cum creticis versibus junguntur Men. 114 a, b.

Men. 114 e duobus dactylicis tetrametris catalecticis in syllabam sicut Cas. 748 constare putaverunt Wagnerus, Leo, Klotzius, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Confer supra, p. 127, quod de Cas. 748 dictum est. Anapaesticos dimetros catalecticos cum Muellero Brixioque (*loc. s. s.*) constituere veri similius ideo videtur quod in hujus cantici initio anapaesti cum creticis alternant. Nam anapaesticos trimetros catalecticos duos (v. 110-111, vide infra) duo cretici tetrametri sequuntur, tum paroemiacos duos (114 a, b) cretici tetrametri quattuor.

8. Cum trochaicis versibus junguntur Cas. 937-940, Pseud. 1317-1320 a, Trin. 237 c, 238 a.

Cas. 937-940 paroemiacos quattuor cum Brixio et Langeno discribere satius videtur quam cum Seyfferto, Schoellio Klotzioque dactylicos tetrametros catalecticos in syllabam constituere. Nam etsi dactyli multi sunt, inde non sequitur dactylicum esse metrum (vide supra, Cas. 748). Hoc autem in cantico anapaesticum metrum cum trochaico alternat. Nam v. 958 anapaestica tripodia catalectica trochaicum dimetrum et trochaicas tripodias catalecticas duas sequitur. Item hi quattuor paroemiaci trochaicum dimetrum catalecticum et trochaicas tripodias catalecticas duas antecedunt.

Pseud. 1317-1320 paroemiaci quattuor, quos supra vidimus post anapaesticum octonarium collocatos esse, trochaicum dimetrum antecedunt.

Trin. 238 b trochaicus senarius catalecticus esse videtur, de quo confer Klotz, *Grundz.*, p. 496. De v. 237 c et 238 a, vide supra.

9. Cum iambicis versibus junguntur Pseud. 916-918.

Pseud. 916-918 paroemiaci tres, quos Ritschelius, Muellerus, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius agnoverunt, iambicum septenarium sequuntur et iambicum octonarium antecedunt.

§ 2. — *De paroemiacorum formis.*

Has varias paroemiaci formas invenimus :

1) ⏑⏑–́ ⏑⏑– ⏑⏑–́⏓ : Bacch. 1155 b, Pseud. 909 a.
2) ⏑⏑–́ ⏑⏑– –́⏓ : Bacch. 1155 a, Pseud. 909 b, 916.
3) ⏑⏑–́ – – – –́ ⏓ : Cist. 219, Stich. 323, Trin. 262.
4) – –́ ⏑⏑– – –́ ⏓ : Truc. 113 a.
5) – –́ – – ⏑⏑–́ ⏓ : Cas. 742, Cist. 220.
6) ⏑⏑–́ –⏑⏑ –⏑́⏑ ⏓ : Cas. 633 b.
7) –⏑́⏑ ⏑⏑– –⏑́⏑ ⏓ : Cas. 632 a.
8) ⏑⏑–́ – – –⏑́⏑ ⏓ : Stich. 16.
9) – –́ ⏑⏑– –⏑́⏑ ⏓ : Pseud. 1318.
10) –⏑́⏑ – – ⏑⏑–́ ⏓ : Cas. 633 a.
11) ⏑⏑–́ ⏑⏑⏑⏑ – –́ ⏓ : Pseud. 1319, Truc. 113 b.
12) ⏑⏑⏑́⏑ ⏑⏑– – –́ ⏓ : Trin. 261.
13) ⏑⏑–́ ⏑⏑⏑⏑ –⏑́⏑ ⏓ : Pseud. 918.
14) –⏑́⏑ – – – –́ ⏓ : Cas. 741, 743, 938, Pseud. 917, Trin. 238 a.
15) – –́ – – –⏑́⏑ ⏓ : Pseud. 1317.
16) – –́ –⏑⏑ – –́ ⏓ : Cas. 902 a.
17) –⏑́⏑ – – –⏑́⏑ ⏓ : Stich. 17, Cas. 937, 939, Rud. 189 a, 189 b.
18) – –́ –⏑⏑ –⏑́⏑ ⏓ : Trin. 237 c.
19) –⏑́⏑ – – ⏑⏑⏑́⏑ ⏓ : Cas. 749.
20) ⏑⏑⏑́⏑ –⏑⏑ – –́ ⏓ : Cas. 902 b.
21) – –́ – – – –́ ⏓ : Cist. 218, Stich. 313, 314, 315, 316, 317, 318, 322, 324.
22) –⏑́⏑ –⏑⏑ –⏑́⏑ ⏓ : Cas. 632 b, 748 a, 748 b, 940, Men. 114 a, 114 b.
23) ⏑⏑⏑́⏑ – – – –́ ⏓ : Stich. 325.
24) – –́ – – ⏑⏑⏑́⏑ ⏓ : Pseud. 1320.

Ergo omnes arses solvi omnesque theses excepta ultima e duabus brevibus vel ex una longa constare possunt. Proceleusmaticus autem sicut in dimetris acatalectis anapaesto, spondeo dactyloque rarior est. Nam in duobus exemplis tres anapaesti inveniuntur, in tribus duo, in quindecim unus, in triginta duobus nullus; spondei autem tres in novem exemplis inveniuntur, duo in quindecim, unus in septendecim, nullus in undecim; dactyli autem tres in sex, duo in octo, unus in tredecim, nullus in viginti quinque, proceleusmaticus vero unus in octo, nullus in quadraginta quattuor.

Dactylus igitur tam frequens est in paroemiacis quam anapaestus, nec multo aliter res se habeat si Cas. 748 a, b, 937-940, Men. 114 a, b omittas, quos dactylicos esse quidam putant. Spondeus autem anapaesto dactyloque frequentior est.

Sicut in dimetris acatalectis nec proceleusmaticus nec dactylus in secundo pede una voce vel vocis terminatione effici potest, nisi primi pedis arsis solvitur. Idcirco Stich. 16 non *injūrĭăs*, sed *injūrįās* metiendum est[1].

Prior dipodia plerumque ab altera separatur sicut Bacch. 1155 a, 1155 b, Cas. 741, 742, 743, 749, Cist. 218, 219, 220, Pseud. 909 a, 916, 917, 918, 1317, Stich. 16, 313, 314, 316, 318, 323, 324, 325, Trin. 237 c, 261, 262, Truc. 113 b. Post tertiam autem thesem modo nonnunquam vox terminatur sicut Pseud. 909 b, 1318, 1319, Stich. 317, 322, Truc. 113 a, interdum etiam post secundam thesem sicut Stich. 17, 315.

§ 3. — *De dipodiarum usu*

1. Dipodiae cum anapaesticis tripodiis catalecticis junguntur Stich. 1 a-1 c, 6 a-6 c, Cas. 179 a, b.

Stichus 1 a-1 c, 6 a-6 c bis ternas dipodias A duce agnovit Klotzius, quae inter se respondent sicut sequentes tripodiae catalecticae 2 a, 7 a. Versiculos binos B contraxit.

His exemplis, quae pro certis habenda sunt, simile esse vide-

1. Klotzius, *Grundz.*, p. 232, contendit, si poroemiaci monosyllaba terminentur, tertium pedem anapaestum esse oportere, vel certe tertiam thesem ex una longa constare non posse. At e pluribus et certis exemplis apparet hanc legem non revera exsistere: confer Pseud. 1318, Stich. 17, 322.

tur Cas. 179 a, b, ubi anapaesticae dipodiae cum tripodiis catalecticis alternant. Nam v. 171-181 sic discribendi videntur:

171 Myrrhína salve. | ||
Salvé mecastor:
Sed quíd tu's tristis amábo? |
Ita sólent omnes ||
175 Quae súnt male nuptae. |
Domi et fóris aegre
Quod sít sat est semper. | ||
178 a Nam ego íbam ad te. Et
b Pol ego ístuc ad te. |
179 a Sed quíd est quod tuo ||
b Nunc ánimo aegrest? |
180 Nam qúod tibist aegre,
Idem míhist dividiae.

Scilicet v. 171, 174, 176, 178 a dipodiae sunt singulae quas singulae sequuntur tripodiae catalecticae v. 172, 175, 177, 178 b. Postremo duas dipodias (179 a, b) duae sequuntur tripodiae catalecticae(180, 181). Ambrosianus enim cum B in eo consentit quod post *salve* distinguit. Ceteros autem versiculos A binos, B ternos contraxit.

2. Dipodiae cum paroemiacis junguntur Trin. 237 a,b. Nam duas dipodias B duce jure, ut videtur, dispescuit Klotzius. Jamque Studemundus, *De Canticis*, p. 58, hanc veteris codicis discriptionem versuum servandam esse censuerat, cujus permagnam fidem in Trinummi canticis palimpsesto praeferendam esse animadvertit. De sequentibus paroemiacis vide supra, § 1.

§ 4. — *De dipodiarum formis*

Prior arsis in duas breves solvi potest, altera contra quae versiculi exitum efficit ex una syllaba necessario constat. Utraque autem thesis vel e binis brevibus vel ex una longa constare potest.

§ 5. — *De dipodiarum catalecticarum usu*

Cas. 740 a, b duae dipodiae catalecticae, quas A duce dis-

cripserunt Goetzius-Schoellius, in initio anapaesticae periodi collocatae sunt, quae sic composita est:

740 a, b dipodiae catalecticae duae
741-743 paroemiaci tres
744-747 trimetri duo
748-749 paroemiaci tres

Confer supra, § 1.

Cas. 732 a, b duae dipodiae catalecticae cum dipodia una (731) junguntur. Sic enim Ambrosianus tres versiculos habet quos B contraxit. Atque mirum est quam concinne tribus versiculis a Lysidamo modo dictis respondeant:

729 a | Dábo tibi | ||
b μέγα κακόν
730 'Ut ego opinor, nísi resistis.

Nempe trochaicis dipodiis catalecticis duabus (729 a, b) anapaesticae dipodiae catalecticae duae (732 a, b) et trochaico dimetro (730) anapaestica dipodia (731) ordine inverso respondet. Verba autem Ὦ Ζεῦ, quae in A et B versui 730 adhaerent, sed in A seorsum, relicto intervallo, scripta sunt, extra metrum esse videntur. Confer infra in tertia operis parte Cas. 210. 211 (oct.).

§ 6. — *De dipodiarum catalecticarum formis*

Dipodia catalectica ex anapaesto et syllaba constat (Cas. 740 a, 732 a), vel e dactylo et syllaba (Cas. 740 b), vel e proceleusmatico et syllaba (Cas. 732 b). Fortuito fit ut in nullo exemplo e spondeo et syllaba constet.

§ 7. — *De tripodiarum usu*

Cum anapaesticis tripodiis catalecticis junguntur. Cas. 161, 162, Pseud. 1253 b, 1254 a, b.

Nam Cas. 161, 162 anapaesticam tripodiam catalecticam (160), sequuntur quae periodi antecedentis clausula est. Anapaesticam quoque tripodiam catalecticam (163 a) antecedunt. De sequenti anapaestica tripodia cum duabus tripodiis catalecticis juncta vide infra, § 9. Ergo v. 161, 162, quos Schoellius et Goetzius-Schoellius recte separaverunt, cum inter anapaestos collocati

sint, potius anapaesticae tripodiae sunt quam iambici dimetri catalectici. Nam anapaesticae tripodiae cum tripodiis catalecticis concinne alternant. Versiculos vero sex Ambrosianus binos, vetus autem Codex ternos contraxit.

Item Pseud. 1253 a-1254 b quattuor versiculos Ambrosianus et vetus Codex binos contraxerunt, quorum primus anapaesticus dimeter est, ceteri autem anapaesticae tripodiae quas anapaestica tripodia catalectica sequitur. Sic enim libris tradita verba corrigere non necesse est quae, quod ad sententiam attinet, minime suspecta sunt.

§ 8. — *De tripodiarum formis*

In exemplis allatis tripodia modo e duobus anapaestis et spondeo constat (Pseud. 1254 a), modo ex anapaesto et duobus spondeis (Pseud. 1254 b), modo e tribus spondeis (Cas. 161, 162) modo e dactylo et duobus spondeis (Pseud. 1253 b). Ultimi pedis arsis nunquam solvitur.

§ 9. — *De tripodiarum catalecticarum usu*

Tripodiae catalecticae modo cum aliis anapaesticis versibus, modo cum aliis metris junguntur.

1. Cum anapaesticis dipodiis junguntur Cas. 180, 181. Vide supra § 3. Confer infra 3, Men. 352 a, b.

2. Cum anapaesticis tripodiis junguntur Cas. 164 a, b, 753-755 b, 756 b-758, 951-953.

Cas. 164 a, b anapaesticae tripodiae catalecticae duae discribendae videntur; nam tradita verba, *non pol per tempus iter huc mihi incepi*, quae et Schoellius et Goetzius-Schoellius servanda censuerunt, ad aliud metrum accommodari non possunt. Perperam enim Schoellius creticum tetrametrum catalecticum esse voluit, qui, cum secundi cretici altera longa in caesura solvatur, plane vitiosus est. Nec Spengelio duce, anapaesticum dimetrum restituere decet; nam hoc in loco anapaesticae tripodiae catalecticae cum anapaesticis tripodiis alternant. Confer supra, § 7.

Cas. 753-755 b, A duce quinque anapaesticas tripodias catalecticas discribimus, quas antecedit anapaestica tripodia,

itemque rursus Cas. 756 b-758 quinque anapaesticas tripodias catalecticas quae anapaesticam tripodiam sequuntur. Harum tripodiarum catalecticarum quasdam agnoverunt Klotzius et Goetzius-Schoellius, scilicet v. 753, 754 a, 754 b, 757 a, 757 b; sed in ceteris quoque versibus servandam esse Ambrosiani discriptionem non animadverterunt, cujus concinnitas fortuita esse non potest.

Cas. 951-953 tripodias catalecticas quattuor tripodia sequitur. Ambrosiani quidem testimonium hic deest, sed B versiculos sicut in exemplo superiore contraxisse videtur. Nam v. 951 a et 951 b sicut v. 954 a et 954 b, tum 952-954 sicut v. 753-754 b uno versu comprehendit. Schœllii autem et Goetzii-Schoellii discriptio, qua creticus tetrameter et creticus dimeter et trochaici dimetri catalectici duo separantur, cum B nunquam convenit.

3. Cum anapaesticis dimetris junguntur Amph. 165 a, b, Men. 352 a, b, Persa 494 b, c.

Amph. 165 a, b anapaesticas tripodias catalecticas duas jure discripsisse videtur Muellerus, quas anapaesticus dimeter sequitur.

Men. 352 a, b tripodiae catalecticae duae dispescendae sane sunt, quas B contraxit sicut insequentem dipodiam (353) cum alia tripodia catalectica (354) uno versu comprehendit. V. 351 autem anapaesticum dimetrum esse inter omnes hodie constat. Plerique quidem v. 352 iambicum dimetrum esse voluerunt (— fiat) et v. 353 anapaesticum dimetrum (— lectos). At illa versuum discriptio cum ea quae in B est minime congruit.

Persa 494 quem plerique anapaesticum octonarium esse putaverunt, in tres versiculos dividimus quorum primus anapaesticus dimeter est et reliqui anapaesticae tripodiae catalecticae:

| Unde tú pergrande lucrúm facias : ||
Faciam út mei memineris,
Dum vítam vivas. |

Ita A duce post *vivas* distinguimus, quod Studemundus, Schoellius, Goetzius-Schoellius versui 495 applicaverunt, nec tradita verba sicut Spengelius corrigimus qui *faciam ut* delevit. De insequente dimetro (495 a) cum tripodia catalectica (495 b) juncto, vide infra in tertia parte

4. Cum anapaestico septenario junguntur Poen. 1191 b, c. Ambrosiano enim duce septenarius et tripodiae catalecticae duae separantur. B autem duce anapaesticum octonarium hypercatalectum (— *metuit*) et dimetrum discripserunt Goetzius-Schoellius. Sed B sicut A post *quaeso* distinguit, altera tripodia catalectica sequenti versui adhaerente.

5. Cum bacchiacis junguntur Cas. 843-845, Cist. 4 a, b, Most. 874 a, b.

Cas. 843-845 tripodias catalecticas tres agnoverunt Leo, Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, quae in A recte separantur. V. 842 autem bacchiacus tetrameter est sicut v. 839-840 et bacchiaci cum anapaestis alternant postquam cum iambicis dimetris catalecticis alternaverunt. Nam illius cantici manifesta est concinnitas :

v. 831-832	bacch. tetrametri
833	iamb. dimeter cat.
834-835	bacch. tetrametri
836	iamb. dimeter cat.
837	bacch. tetrameter
838	iamb. dimeter cat.
839-840	bacch. tetrametri
841	an. dimeter
842	bacch. tetrameter
843-845	an. tripodiae cat.
846	iamb. dimeter cat.

Cist. 4 a, b an. tripodiae catalecticae duae, quas Schoellius et Goetzius-Schoellius agnoverunt, bacchiacos tetrametros sequuntur. De anapaesticis dimetris (8, 10) cum bacchiacis tetrametris in eodem cantico alternantibus infra, in tertia parte, dicetur.

Item Most. 874 a, b anapaesticae tripodiae catalecticae duae bacchiacum tetrametrum sequuntur similemque versum antecedunt. Horum autem bacchiacorum tetrametrorum priorem (v. 873) anapaesticus dimeter (v. 872) antecedit, posteriorem (v. 875) anapaesticus dimeter (v. 876) sequitur.

Ad haec Amph. 165 a, b anapaesticae tripodiae catalecticae duae, quas ante anapaesticum dimetrum collocatas esse supra vidimus, bacchiacum tetrametrum sequuntur.

§ 10. — *De tripodiarum catalecticarum formis*

Exempla modo allata has varias tripodiae catalecticae formas praebent :

1) ⏑⏑–́ ⏑⏑ –⏓ : Cas. 164 b, 754 b, 755 b, 757 b, 844, 951 a, Poen. 1191 b;
2) ––́ ⏑⏑– ⏓ : Cas. 180, 753, 754 a, 755 a, 758, 952, Men. 352 a, Most. 874 a.
3) –⏑́⏑ ⏑⏑– ⏓ : Cas. 756 b, 757 a.
4) ⏑⏑–́ –– ⏓ : Cas. 758 b, 845, 951 b.
5) ⏑⏑–́ –⏑⏑ ⏓ : Cas. 953, Cist. 4 b.
6) ––́–– ⏓ : Amph. 165 a, Cas. 164 a, Most. 874 b, Pers. 494 b.
7) – ⏑́⏑ –⏑⏑ ⏓ : Poen. 1191 b.
8) ⏑⏑⏑́⏑ –– ⏓ : Men. 352 b.
9) ––́ –⏑⏑ ⏓ : Cas. 843.
10) ––́ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏓ : Amph. 165 b.
11) ⏑⏑⏑́⏑ –⏑⏑ ⏓ : Cas. 181.

Nempe in primo et in secundo pede anapaestus et spondeus et dactylus et proceleusmaticus admittuntur, quanquam proceleusmaticus et dactylus anapaesto et spondeo rariores sunt. Ultimus autem semipes ex una syllaba vel longa vel brevi constat.

§ 11. — *De dimetris hypercatalectis*

Trin. 287 a, b dimetros hypercatalectos duos jure discripsisse videntur Goetzius-Schoellius. Nam verba *me* et *tibi* quae Spengelius delevit ut dimetros restitueret, minime supervacanea sunt. Hi autem dimetri hypercatalecti in initio anapaesticae periodi collocati sunt. De aliis dimetris hypercatalectis qui singuli inveniuntur vide infra, in tertia parte.

Ex his exemplis apparet vel quartam dimetri hypercatalecti arsem solvi posse et quartam thesem sicut superiores sive e duabus brevibus sive ex una longa constare.

§ 12. — *De trimetrorum usu*

Cas. 744-747 duo trimetri paroemiacos tres sequuntur, tres antecedunt qui superioribus concinne respondent. De his paroe-

miacis vide supra, § 1. V. 744-747 anapaesticos esse intellexerunt Spengelius, Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, sed trimetros esse non animadverterunt. Nam in priore, *cito* quod post *propere* in libris additur delendum esse viderunt Schoellius Klotziusque sed paroemiacos duos dispescuerunt alterumque iidem atque etiam Goetzius-Schoellius in duas anapaesticas tripodias diviserunt, etsi in A et in B duo tantum versus sunt. De verbi *facite* finali producta vide supra, in libro secundo, § 7. Nec rectius Spengelius septenarios duos multis correctionibus factis restituit.

Truc. 98-99 trimetros duos B duce jure discripserunt Goetzius-Schoellius. Nam ita nihil corrigere necesse est nec male hi trimetri trimetrum catalecticum (97) sequuntur sicut antea trimetrum catalecticum (95) trimeter (96) sequitur.

§ 13. — *De trimetrorum formis*

Trimeter in duas tripodias caesura dividitur. Idcirco tertia arsis non solvitur sed vel e brevi constare potest, sicut quarta arsis in tetrametris. Ceterae arses excepta ultima omnesque theses vel e duabus brevibus vel ex una longa constare possunt.

§ 14. — *De trimetrorum catalecticorum usu*

Curc. 96, 97 a trimetri catalectici duo in initio cantici collocati sunt et anapaesticum dimetrum antecedunt. Sic enim B duce jure discripsit Spengelius. Nam cum v. 97 b anapaesticum esse Goetzius-Schoellius non negent, perperam v. 96, 97 a dactylicos esse voluerunt. Anapaestos agnoverunt Muellerus Schoelliusque sed neglecta veteris Codicis discriptione octonarios constituerunt.

Idem canticum trimetris catalecticis tribus terminatur Curc. 155-157, qui creticos sequuntur, sicut paulo ante in eodem cantico anapaesti cum creticis alternant. Nam v. 99-100 cretici tetrametri sunt, v. 101 anapaesticus dimeter, v. 113 b creticus dimeter, 114 anapaesticus dimeter, v. 133 creticus tetrameter, v. 134 paroemiacus, v. 135 creticus tetrameter, v. 136 paroemiacus.

Item Men. 110, 111 anapaestici trimetri duo creticos tetrametros antecedunt quibus postea cretici tetrametri quattuor respondent, sicut anapaesticis trimetris catalecticis paroemiaci duo (114 a, b) :

{ v. 110, 111 anapaestici trimetri catalectici
{ 112, 113 cretici tetrametri
{ 114 a, b paroemiaci
{ 115-118 cretici tetrametri.

§ 15. — *De trimetrorum catalecticorum formis*

Omnes trimetri catalectici arses, praeter tertiam post quam caesura est, omnesque theses, praeter sextam quae ultima est, vel ex una longa vel e duabus brevibus constant. Neque a paribus pedibus sicut in dimetris tetrametrisque excluduntur dactylicae neque proceleusmaticum efficientes voces vel terminationes. Nam Curc. 96 dactylica vox *naribus* in quarto pede ponitur.

In omnibus autem exemplis excepto Curc. 157 post tertiam arsem caesura est. Nam Curc. 156 propter synaloepham caesura latet ideoque tertia arsis solvitur. Sed Curc. 157 fortasse sic corrigere decet:

Tandem édepol morigerí mihi pessuli fíunt

PARS TERTIA

DE ANAPAESTICIS VERSIBUS SINGULIS POSITIS

LIBER PRIMUS

Plautinorum exemplorum critica recensio

§ 1. — *Septenarii*

AULULARIA, 720.

Quid aís tu ? Tibi credére certum est : nam essé bonum e voltu có-
[gnosco. | ||

720 Em, némo habet horum ? Occídisti. Dic ígitur, quis habet?
[Néscis ? ||

Heu mé misere miserúm. Perii. Male pérditus pessume ornátus eo.

BACCHIDES, 641.

Hunc hóminem decet auro éxpendi : huic décet statuam statui éx auro.

641 Nam dúplex hodie facinús feci, duplicibús spoliis sum adféc-
[tus.

Érum majorem méum ut ego hodie lúsi lepide, ut lúdificatust.

Aul. 720. Septenarium libris ducibus discripserunt Hermannus, Goetzius, Spengelius, Goetzius-Schoellius, alii. Octonarium restituerunt Wagnerus, Reizius, *nemon* pro *nemo* corrigentes.

Bacch. 641. Septenarium libris ducibus discripserunt Goetzius, Spengelius, *Reform.*, p. 176, Klotzius, Goetzius-Schoellius. Octonarium restituit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 95, <*jam*> post *spoliis* addens.

BACCHIDES, 1077.

Quam mágis in pectore meó foveo, quas méus filius turbás turbet,

1077 Quam se ád vitam et quos ád mores praecípitem inscitus ca-[péssat,

Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.

BACCHIDES, 1091.

Perií: pudet. Hocine me aétatis ludós bis factum esse índigne.

1091 Magis quam íd reputo, tam mágis uror, quae méus filius tur-[bávit.

Perditús sum atque eradícatus sum : omníbus exemplis excrucior.

BACCHIDES, 1154.

Facito út facias. Taceás. Tu tuom facito: égo quod dixi haud mútabo.

1154 Quid illaéc illic in cónsilio duae sécreto consúltant?

Quid aís tu, homo? Quid mé vis?
Pudet dícere me tibi quíddam.

BACCHIDES, 1173.

Ni abeás, quamquam tu bélla's ||
Malum tíbi magnum dabo jám. Patiar. ||

1173 Non métuo ne quid míhi doleat quod férias. Ut blandíloquast. ||

Ei míhi, metuo. Hic magis tránquillust. ||

BACCHIDES, 1183, 1185.

Satis, sátis jam vostrist cónvivi: me níl paenitet ut sim ácceptus.

Bacch. 1077. Septenarium libris ducibus discripserunt Hermannus, *Elem.*, p. 415, Vossius, Spengelius, *Reform.*, p. 346, Goetzius, Goetzius-Schoellius, octonarium restituit Ritschelius <*ille*> ante *inscitus* addens.

Bacch. 1091. Septenarium libris ducibus discripserunt Hermannus. *Elem.*, p. 414, Spengelius, Goetzius, Vossius, Goetzius-Schoellius, octonarium caesura carentem restituit Fleckeisenus, *quam magis* trajiciens.

Bacch. 1154, 1173, 1183, 1185, 1199, septenarios libris ducibus discripserunt Fleckeisenus, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii, in dimetrum et paroemiacum divisit Klotzius, *Grundz.*, p. 429.

1183 Quadringéntis Philippis filius me et Chrysalús circumduxé- [runt.

Quem quídem ego ut non excrúciem, ||
Alterúm tantum auri nón meream. ||

1185 Quid tándem, si dimídium auri reddítur? In' hac mecum íntro?

Atque út eis delicta ígnoscas?

Bacchides, 1199.

Tuos ést: unde illum cénses
Sumére, nisi quod tu illí dederis? ||

1199 Hanc véniam illis sine te éxorem. Ut terebrát: Satin offirmá- [tum ||

Quod míhi erat, id me exórat? ||

Captivi, 209.

Nos fúgiamus? Quo fúgiamus? In pátriam. Apage haud nos íd de- [ceat, ||

209 Fugitívos imitari. 'Immo edepol, si erít occasio, haud dehór- [tor ||

'Unum exoráre vos sínite nos. Quídnam id est?

Casina, 208, 209.

206.207 Sine amét, sine quod lubet íd faciat, quandó tibi nil domi délicuomst. ||

208.209 Satis sána's? Nam tu quídem advorsus tuam istaéc rem [loquere. Insípiens, ||

210.212 Sempér tu huic verbo vítato abs tuo víro. Quoi verbo? Ei fóras, mulier.

Bacch. 1183. *Quadringentis* BD, Vossius, Goetzius-Schoellius, *quadrigentis* C (in rasura) Speng., Gz.

Bacch. 1185. *In' hac* Speng., Gz., Klotz., *in hac* CD, G.-Sch., *isne in hac* B, *isne hac* Ritsch.

Capt. 209. Anapaesticum septenarium B duce constituerunt Studemundus, *De Canticis*, p. 69, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 71, Spengelius, *Reform.*, p. 185 seq., 351, Schoellius, Goetzius-Schoellius, an. dimetros dispescuit Reizius, trochaicum octonarium esse censuerunt Hermannus, *Elem.*, p. 210, Fleckeisenus Klotziusque (*Grundz.*, p. 20, 140). *Erit* post *occasio* trajecit et *id* e v. 208 ascitum ante *haud* collocavit Schoellius.

Cas. 208. 209. An. septenarium B duce discripsit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 48, *tuam amicam omnia loqueris* e v. 203 huc pro *tuam ista<ec> rem loquere* trajiciens; an. dimetrum et paroemiacum dispescuerunt Goetzius-Schoellius, dimetrum, tripodiam catalecticam, dimetrum (*insipiens — verbo*) Schoellius. *Istaec* Bothius, Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, *ista* libri.

Casina, 218, 220.

Omnibús rebus credo égo amorem moribús nitidis antévenire, ||

218 Nec pótis quicquam comménorari quod plús salis plusque [lepóris ||

Habeát. Coquos equidem nímis demiror qui útuntur condímentis, ||

220 Eos eó condimento úno <non> utier omnibus quod praéstat. ||

Nam ubi amór condimentum inerit,
Quoivís placituram <rém> credo ||

Casina, 228.

Ut illí placeam et placeo út videor. Sed uxór me excruciat quía vivit.

228 Tristem ástare aspició. Blande haec mihi mála res appellán- [dast.

Uxór mea meaque amoénitas, quid tú agis? Manum abi atque ábstine.

Casina, 723, 725.

Ita quóquo adveniunt, úbi ubi sunt, duplicí damno dominós multant.

723 Heia. 'Attat cesso mágnufice patricéque amicirier átque | ||

Ita eró meo ire advórsum. | ||

725 Bone vír, salve. Fateór. Quid fit? Tu amás, ego essurio || et [sítio. |

Lepide éxcuratus incéssisti. Aha, hódie || te nolo : <áma so>lus. |

Cas. 218. An. septenarium sic discripsit Hermannus, *Elem.*, p. 413, octonarium constituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 356, Schoelliusque, *habeat* e v. 219 asciscentes et in *habet* mutantes. *Hodie* post *leporis* in libris additum deleverunt Guietus, Hermannus, Spengelius corruptumque esse signaverunt Goetzius-Schoellius, in initio v. 219 trajecit Schoellius.

Cas. 220. An. septenarium constituerunt Hermannus, *Elem.*, p. 413, Spengelius, *Reform.*, p. 356, Goetzius-Schoellius, octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 164, Schoellius, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891 (*ĕō* metiens). <*Non*> duce F addiderunt Hermannus, Spengelius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, <*hodie nunquam*> Muellerus, <*non umquam*> Schoellius.

Cas. 228. An. septenarium discripserunt Hermannus, *Elem.*, p. 414, Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, alii. *Res* libri, Herm., Speng., *mers* Brixius, Sch., G.-Sch.

Cas. 723. Sic an. septenarium libris ducibus discripserunt Goetzius-Schoellius. Octonarium constituerunt Schoellius, Klotzius, *ita ero* e v. 724 asciscentes, Spengelius, *Reform.*, p. 360, v. 724 cum v. 723 jungens et Hermanno duce *amicirier atque* delens, dimetros duos dispescuit Hermannus, *Elem.*, p. 390. *Heia* A, Sch., G.-Sch., *eia* P, Speng. *Patriceque* P, *patricieque* A. *Amicirier atque* A, *amiceque* P.

Cas. 725. An. septenarium discripserunt Spengelius, Schoellius,

CASINA, 882.

Ubi intro hánc novam nuptam déduxi, rectá via in conclave || áb-
[duxi. |
882 Sed tám tenebrae ibi erant quam ín puteo : dum sénex abest,
[decumbe, ínquam. | ||
Cónloco, fúlcio, móllio, blándior. |

CISTELLARIA, 26.

Ubi istás videas summó genere natás, summatis mátronas, ||
26 Ut amícitiam colunt átque ut eam junctám bene habent intér
[se. ||
Si idem istúd nos facimus, si ídem imitatur, íta tamen vix vívimus ||
Cum invídia summa: suárum opum nos vólunt esse indigéntes. ||

CISTELLARIA, 671.

Dédita opera in témpore ipso? Spés mihi sancta súbveni.
671 Nisi quíd mi opis di dant, dísperii : neque unde aúxilium
[expetam hábeo ||
Itaque pétulantia mea mé animi miserám habet. ||

CURCULIO, 132.

Tace, nóli. Taceo <equidem>: écce autem bibit árcus: pluet, credo,
[hércle hodie. ||
132 Jamne égo huic dico? Quid díces? Me periísse. Age dice.
[Anus aúdi. ||
Hóc volo scíre te : pérditus súm miser.

Klotzius, Goetzius-Schoellius, dimetros duos dispescuit Hermannus, <*at*> ante *ego* addens. *Esurio* P, Herm., Speng., *resurio* A, *essurio* Sch., G.-Sch.

Cas. 882. An. septenarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 363, Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, alii. *Senex adest* A, *senex abste* P, *senex abest* G.-Sch., *senex aps te* Sch., *seni apte* Speng. *Tam* Speng., Sch., G.-Sch., *tamen* libri cum A. *Quam* Speng., Sch., G.-Sch., *tamquam* libri cum A.

Cist. 26. Anapaesticum septenarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 364, Schoellius, Goetzius-Schoellius, trochaicum octonarium restituit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 94, *sese* pro *se* corrigens.

Cist. 671. An. septenarium agnoverunt Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 365, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Expetam habeo* libri, G.-Sch., *expetam* <*ego*> *habeo* Ritsch., Sch., *expetam habebo* Speng.

Curc. 132. An. septenarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 120

MENAECHMI, 589.

Sicút me hodie nimis sóllicitum cliens quídam habuit neque quód vo-
[lui | ||

589 Agere haú quiquam licitúmst. Ita me attínuit, ita detínuit. | ||

'Apud aediles pro éjus factis plúrumisque péssumisque.

MENAECHMI, 985.

Metum id míhi adhibeam, culpam ábstineam, ero ut ómnibus in locis
[sím praesto. ||

985 Metuam haúd multum : propest quándo erus ob factá mihi
[pretium exsólvet. ||

Éo ego exemplo sérvio,
Térgo ut in rem esse árbitror.

PERSA, 171.

Quanquam égo vinum bibo, at mándata non cónsuevi simul || bíbere una. |

171 Me quídem jam satis tibi spéctatam || censébam esse et meos
[móres. | ||

Nam equidém te jam sectór quintum hunc ánnum quom intereá, credo,

PERSA, 492.

Ubi núnc tua libertást? Apud te. Ain? Apud mést? || Aio inquam : apud
[tést inquam. |

adn., Spengelius, *Reform.*, p. 368, Goetzius, Goetzius-Schoellius, trochaicum octonarium Studemundus, *De Canticis*, p. 89. *Jamne ego huic* libri, Muell., Speng., G.-Sch., *jamne ego* Gz.

Men. 589. An. septenarium constituerunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 73, Spengelius, *Reform.*, p. 183, troch. octonarium Ritschelius. *Hau quiquam* Sch., G.-Sch., *ait quaquam* A, *quicum* B, *aut quicum* <*volui*> Ritsch., *aut quicum* <*lubitumst*> Muell., Speng.

Men. 985. Pro tradito *metum aut* Pylade duce Gruterus, Schoellius, Goetzius-Schoellius, *metuam haud* correxerunt, pro *ceruso faciam* Schoellius *erus sic si faciam*, Schererus *erus ob facta mihi*. Totum versum deleverunt Spengelius, *Reform.*, p. 377, et Sonnenburgius.

Pers. 171. An. septenarium discripserunt Ritschelius, Spengelius, Klotzius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, octonarium Muellerus <*me*> post *spectatam* addens. *Satis tibi* A, Speng., G.-Sch., *satis bis* P, *sat tibi* Ritsch., Muell., Sch.

492 Ita mé di ament, ut ob ístanc rem || tibi múlta bona instant á
me. |

Nam est rés quaedam, quam occúltabam || tibi dícere: nunc eam nár-
[rabo. |

Persa, 761.

Unde égo omnis hilaros lúdentis laetíficantis faciam út fiant,

761 Quorum ópera haec mihi facilía factu facta súnt quae volui
[effíeri.

Nam impróbus est homo qui bénefícium scit áccipere et reddére nescit.

Persa, 768.

Tu, Ságaristio, accumbe ín summo. Ego níl moror: cedo parem quém
[pepigi.

768 Temperí. Mihi istuc temperí serost. Hoc áge, accumbe. Hunc
[diem suávem

Meum nátalem agitemús amoenum. Date aquám manibus: apponíte
[mensam.

Poenulus, 1181.

Festús dies, Venus, nec tuóm fanum: tantús ibi clientarum érat nume-
[rus | ||

1181 Quae ad Cálydoniam venoránt Venerem. Certo énim quod
[quidem ad nós duas | ||

Attínuit, praepotentés pulcrae pacísque potentes, sóror, fuimus | ||

Poenulus, 1191 a.

Dederís libertatem, ínvictae praemíum ut | esse sciam píetati. | ||

1191 a Omnía faciet Juppitér faxo. Nam míhi est obnoxius ét me |

Metuít. || Tace quaeso. | ||
Ne lácruma, patrue.

Pers. 492. An. septenarium discripserunt Ritschelius, Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

Pers. 761. Servata librorum memoria an. septenarius est, an. octonarium restituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 99, Spengelius, *Reform.*, p. 157, Schoellius; trochaicum octonarium constituebat Ritschelius. *Haec mihi facilia factu facta* libri, *mihi facilia factu facta haec* Muell., Speng., *facilia factu facta haec mihi* Sch.

Pers. 768. An. septenarium discripserunt Spengelius, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 99 adn., Schoellius, troch. octonarium constituebat Ritschelius. *Hoc age* B, Speng., G.-Sch., *age* reliqui libri, *hoc age, age* Muell., Sch.

Poen. 1181. *Ad nos duas* AP, G.-Sch., *ad nos* Speng., Goetzius-Loewius,

PSEUDOLUS, 176.

Quae cápiti, quae ventri óperam det, quaeque suaé rei, quae somnó [studeat.

176 Quam líbertam fore míhi credam et quam vénalem hodie ex- [périar.

Facite hódie ut mihi munéra multa huc áb amatoribus cónveniant.

PSEUDOLUS, 181, 184.

Quibus vítae, quibus delíciae estis, quibus sávia, mamillae méllitae?

181 Manipulátim mihi munérigeruli facite ánte aedis jam hic ád- [sint.

Cur égo vestem aurum atque éa quibus est vobís usus praehibeó? Quid [mi

Domi nísi malum vostra operást hodie, inprobaé? Vini modo cúpidae [estis.

184 Eo vós vostros panticés adeo madefácitis quom ego sim hic [síccus.

Nunc ádeo hoc factust óptumum, ut nomíne quemquam appellém suo.

PSEUDOLUS, 231.

Pseudóle, non audis quae híc loquitur? Audío, ere, equidem atque [animum ádvorto.

ad nos ambas Muell. *Plaut. Pros.*, p. 145. An. septenarium libris ducibus discribo, octonarium restituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 394; Goetzius-Loewius, *attinuit* e v. 1182 asciscentes, Muellerus, <*scio*> post *enim* addens. Lacunam post *duas* signaverunt Goetzius-Schoellius.

Poen. 1191 a. An. octonarium hypercatalectum (—*metuit*) constituerunt Goetzius-Schoellius, an. octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 395, *me* delens, Goetziusque *nam—metuit* delens.

Pseud. 176. An. septenarium discripserunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 100, hiatu in caesura admisso.

Pseud. 181. An. septenarium discripserunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, octonarium Muellerus, <*illi*> post *munerigeruli* addens. *Manipulatim* AP, *maniplatim* Muell., Speng., Gz., G.-Sch.

Pseud. 184. An. septenarium constituit Spengelius, *Reform.*, p. 397, octonarium Muellerus, Goetzius, Goetzius-Schoellius. *Vostros pantices adeo* Speng., Gz., *vestros panticesque adeo* AP, *vestrosque adeo pantices* Nonius, Muell. *Madefacitis* B, Speng., *madefactis* CD, *madefactatis* Nonius, Muell., Gz., G.-Sch. *madefecistis* A.

231 Quid míhi es auctor huic út mittam, ne amícam hic meam [prostítuat?

Nihil cúrassis : liquidó's anima. Ego pró me et pro te cúrabo.

PSEUDOLUS, 593-594.

Sed hunc quém video? Quis hic ést qui oculis meis óbviam ignobilis [óbjicitur? | ||

593-594 Lubet scíre quid hic veniát cum machaera et hic quám rem || [agat, hinc dabo insídias. | ||

Hi lóci sunt atque hae régiones quae mi áb ero sunt demonstratae.

PSEUDOLUS, 603.

Hoc praévortar princípio: illa omnia míssa habeo quae ante ágere [occepi. | ||

603 Jam pól ego hunc stratioticúm nuntium adveniéntem probe [percútiam.

'Ostium pultábo atque intus évocabo aliquém foras.

PSEUDOLUS, 908.

Quom te ádjutorem génuerunt mihi tám doctum hominem atque ástu- [tum.

908 Sed ubi íllic est? Sumne ego homo ínsipiens, qui haec mécum [egomet loquar sólus? |

Dedit || vérba mihi hercle, ut opínor. |
Malus cúm malo stulte cávi. | ||

Pseud. 231. An. septenarium discripserunt Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 399, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Pseud. 593. 594. An. septenarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 121, Christius, *Metr.*, p. 661, Goetzius-Schoellius. Bacchiacos tetrametros duos restituit Ritschelius, bacchiacum tetrametrum et paroemiacum separaverunt Spengelius Goetziusque. *Quid hic veniat* A, Christius, *quid hic velit* P, G.-Sch., *quid venerit* Bergkius, Speng., *Ref.*, p. 197, 401, Gz., *hic quid venerit* Ritsch., *quid hic venerit* Muell. *Et hic* Christius, Speng., Gz., *et huic* AP, G.-Sch., *pol hinc* Ritsch., *at hinc* Muell. *Hinc dabo* AP, Christius, Speng., Gz., G.-Sch., *nunc* <*jam*> *dabo* <*ego*> Ritsch., *huic dabo* Muell.

Pseud. 603. An. septenarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 208, Spengelius, *Reform.*, p. 401, Goetzius, octonarium admisso in caesura hiatu Klotzius, *Grundz.*, p. 284 <*nuntĭŭm* metiens>, Goetzius-Schoellius.

Pseud. 908. An. septenarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*,

Pseudolus, 949.

Ibidem úna aderit muliér lepida, tibi sávia super savía quae det.

949 Lepide áccipis me. Immo si éfficies, tum fáxo magis <id> [dícas. | ||

Nisi effécero, cruciabíliter
Carnuféx me accipito. | ||

Pseudolus, 1121.

Venio húc ultro ut sciam quíd rei sit, ne illic homo me ludífice- [tur. | ||

1121 Neque quícquamst melius quám ut hoc pultem || atque áli- [quem evocem hinc íntus. |

Leno árgentum hoc | ||

Pseudolus, 1132.

Venus míhi haec bona dat, quom hos húc adigit ||

1132 Lucrifugás, | damni cupidós qui se suamque aétatem bene cú- [rant. | ||

Edúnt, bibunt, scortántur : illi súnt alio ingenio átque tu

p. 97. Spengelius, *Reform.*, p. 161, 402, Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Ritschelius, *loquar* ante *haec* trajiciens, troch. octonarium Fleckeisenus, *loquar* ante *mecum* trajiciens. *Illic est* libri, Speng., Gz., G.-Sch., *illest* Fleck., Muell.

Pseud. 949. An. septenarium discripserunt Hermannus, *Elem.*, p. 394, Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 403, Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii. *Efficies* Herm., Speng., Gz., G.-Sch., *effici* B, *efficis* CD. *Magis <id>* Ritsch., Speng., Gz., G.-Sch., *<etiam> magis* Herm.

Pseud. 1121. An. septenarium discripserunt Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 421, *leno argentum hoc* in fine versus asciscens et *lĕno* metiens, iambicum octonarium Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 404 (dubitanter), trochaicum octonarium Fleckeisenus, *<mi>* ante *melius* addens. *Evocem hinc intus* libri (*evocem hinc...* A), G.-Sch., *huc evocem intus* Fleck., *huc intus evocem* Ritsch., Speng., *evocem hŭc intus* Muell., *huc evocem hinc intus* Gz.

Pseud. 1132. An. septenarium constituerunt Goetzius-Schoellius, an. dimetrum et paroemiacum Goetzius, an. octonarium (*Venus — se*) et paroemiacum Spengelius, *Reform.*, p. 404. Trochaicum septenarium (*Damni — edunt*) discripserunt Ritschelius Fleckeisenusque, iambicum octonarium Bergkius Lorenziusque, *suamque bene curant aetatem* corrigentes.

PSEUDOLUS, 1295.

Dí te ament, Pseúdole. Hae. I ín malam crucém.

1295 Cur égo adflicter? Quid tú, malum, in os igitúr ebrius mihi in-[rúctas?

Mólliter sís tene mé: cave né cadam.

PSEUDOLUS, 1315.

'At negabás daturum ésse te mihí. |

1315 Onera húnc umerum atque me cónsequere || hac. Egone ístum [onerem. Onerabís scio. |

Quid ego huíc homini faciám? Satin ultro || et argéntum aufért et me [ínridet? |

PSEUDOLUS, 1321.

Heu héu heu. Desine. Dóleo.
Ní doleres tu, égo dolerem. | ||

1321 Quid, hoc aúferen, Pseudole mi, ábs tuo ero? Lubentíssumo [corde atque ánimo.

Non aúdes, quaeso, aliquám partem mihi grátiam facere hinc de ár-[gento?

Pseud. 1295. An. septenarium discripserunt Goetzius, Goetzius-Schoellius, iambicum octonarium restituerunt Hermannus, *Elem.*, p. 218, Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 406. *Adflicter* A, G.-Sch., *me adflictor* BCD, *me afflicter* Herm., *met afflictor* Ritsch., *te adflicto* Speng., *adflictor* Gz. *In os igitur* A, Gz., G.-Sch., *ergo in os* P, Speng., *tu in os* Ritsch. *Mihi ebrius inructas* AP, G.-Sch., *mi ebrius inructas* Gz., *mi inructas ebrius* Herm., Ritsch., Speng., *ebrius mihi inructas* ego.

Pseud. 1315. An. septenarium discripsit Goetzius, an. octonarium constituerunt Ritschelius, Fleckeisenus, Spengeliusque, *Reform.*, p. 407, itemque admisso hiatu post *onerem* Goetzius-Schoellius. Iambicum octonarium faciebat Hermannus, *Elem.*, p. 219. *Hunc humerum* (*umerum*) Speng., Gz., *hunc hominem* AP, Herm., *hoc humerum* Ritsch., Fleck. *Atque* AP, Herm., Ritsch., Fleck., G.-Sch., *ac* Speng., Gz. *Hac consequere* trajicit Hermannus. *Egone* A, Fleck., Gz., G.-Sch., *ego* P, Herm., Ritsch., Speng. *Istum* AP, Herm., Gz., G.-Sch., *isto me* Ritsch., Fleck., *istunc* Speng. *Scio onerabis* trajecit Fleckeisenus.

Pseud. 1321. An. septenarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 238, 215, 407, Seyffertus, *Bursiani Ann.*, a. 1882-1885, p. 122, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Bacchiacos tetrametros duos restituebant Ritschelius Fleckeisenusque. *Auferen* A, Seyff., Gz., G.-Sch., *auferre non* P, *aufersne* Ritsch., Speng. *Pseudole mi abs tuo ero* Seyff., Gz., G.-Sch., *Pseudolum mihi abs tuo ero* A, *Pseudole abs tuo ero* P, *aps tuo Pseudole ero* Speng.

RUDENS, 198.

Sceléste, minus me míserer. ||

198 Sed erile scelus me sóllicitat, ejús me impietas mále habet.

'Is navem atque ómnia pérdidit ín mari.

RUDENS, 228.

Neque mágis solae terraé solae sunt quam haéc sunt loca atque hae [régiones.

228 Neque sí vivit eam víva umquam quin ínveniam desístam.

Quoíanam vox míhi prope hic sonát ?

RUDENS, 962.

Nam nísi dat, domino dícundum censeó. || Tuo consilió faciam. ||

962 Nunc ádvorte animum. Námque hoc omne attinét ad te. || [Quid fáctumst?

Vídulum istum quóiust novi ego hóminem jam pridém. Quid est?

STICHUS, 327.

Quisnam óbsecro has frangit fóris ? ubi is est? | ||
Tun haéc facis? Tun mihi huc hóstis venis? | ||

327 Salvé : tuo arcessitú venio huc. Ean grátia foris effríngis? | ||

Tuos ínclama, tui délinquont: ego quíd me velles vísebam. | ||

Rud. 198. An. septenarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 408, Schoellius, Brixius, Sonnenscheinius. Iambicum octonarium restituebat Fleckeisenus, *eri* pro *erile* corrigens et *scelus* post *sollicitat* et *habet* post *ejus* trajiciens. *Ejus me* libri Speng., G.-Sch., *ejus med* Sch. *Me* post *impietas* trajiciunt Brixius Sonnenscheiniusque.

Rud. 228. An. septenarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 394 adn.. Spengelius, *Reform.*, p. 163, Schoellius, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius, alii, troch. octonarium Reizius Fleckeisenusque <*ri-cam*> post *quin* addentes. *Vica umquam* A, *vivam numquam* P.

Rud. 962. An. septenarium constituerunt Goetzius-Schoellius, dimetrum et paroemiacum Spengelius, *Reform.*, p. 414, Sonnenscheiniusque, septenarium et paroemiacum Schoellius, *tuo consilio faciam* asciscens.

Stich. 327. An. septenarium A et B ducibus discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 110, Spengelius, *Reform.*, p. 184, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Troch. octonarium constituebat Ritschelius. *Venio huc* P, Muell., Speng., Gz., G.-Sch., *venio* A, Ritsch.

TRUCULENTUS, 114.

Me illís quidem haec verberat vérbis : |
Nam ego húc bona mea degéssi. | ||

114 Comménini, jam pol eúmpse ad nos, si dómi erit, mecum addú-
[cam. | ||

Heus máne dum, Astaphium, priús quam abis.

TRUCULENTUS, 714.

Nunc dum ísti lubét, tempus eí rei secúndumst. ||

714 Promé venustatem túam amanti, ut gaúdia quom paris <pé-
[reat>. ||

Ego híc interím restitríx praesidébo.

§ 2. — *Octonarii*

BACCHIDES, 617.

|| Ego esse áliis. Credibile hóc est ?
Nequiór nemost ||

617 Neque indígnior quoi di béne faciant neque quém quisquam homo
[aut amet aút adeat. ||

Inimícos quam amícos aequómst me habére.

Truc. 114. An. septenarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 422, Schoellius, Goetzius-Schoellius, alii. *Eumpse* Bothius, *eum ipsum* A, *ego um sum* P.

Truc. 714. An. septenarium constituit Schoellius, troch. octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 426, creticum tetrametrum et dimetrum Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 699. *Tuam amanti* Geppertus, Kiesslingius, Schoellius, *amanti tuam* libri, Muell., *tuam* ante *venustatem* trajicit Spengelius. *Gaudia cum pereis* BCD. *gaudia compares* L, Spengelius in editione (*uti* pro *ut* corrigens), *gaudeat quom perit s<ic tamen>* Muell., *<tu> gaudia quom paris <perdas>* Sch., *gaudeat quom perierit* Speng. (*Reform.*).

Bacch. 617 An. octonarium Goetzius Klotziusque, *Grundz.*, p. 84, discripserunt. Hermannus, *Elem.*, p. 220, bacchiacum dimetrum et tetrametrum constituebat *indignus* pro *indignior* corrigens; Ritschelius et Fleckeisenus creticum tetrametrum et bacchiacum tetrametrum, *nequior nemost* asciscentes et *quisquam* post *nemo* trajicientes et *nec quem* pro *neque quem* corrigentes ; Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 352, duos paroemiacos et iambicum dimetrum catalecticum ascito *nequior nemost*, Spengelius, *Reform.*, p. 37, an. octonarium et dimetrum ascito *credibile... nemost*. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

BACCHIDES, 640.

Tuam cópiam eccam Chrysalúm video.

640 Hunc hóminem decet auro éxpendi : huic décet statuam statui [éx auro.

Nam dúplex hodie facinús feci, duplicibús spoliis sum adféctus.

BACCHIDES, 1076, 1078.

Nunc hánc praedam omnem jam ád quaestorem déferam.

1076 Quam mágis in pectore meó foveo, quas méus filius turbás turbet,

Quam se ád vitam et quos ád mores praecípitem inscitus capéssat.

1078 Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpa- [tur.

Scio, fúi egó illa aetate ét feci omnía, sed more modésto.

BACCHIDES, 1086.

Nunc Mnésilochum quod mándavi viso écquid eum ad virtútem ||
Aud ád frugem opera suá conpulerit : ||

1086 Sicút eum, si convénit, scio fecísse : eost ingenió natus. ||

Quicúmque ubi ubi sunt quí fuerunt quiqué futuri sunt pósthac

BACCHIDES, 1182.

I hac mécum intro, ubi tibi sít lepide victibús, vino atque unguéntis.

1182 Satis, sátis jam vostrist cónvivi : me níl paenitet ut sim ácceptus.

Quadringéntis Philippis filius me et Chrysalús circumduxérunt.

Bacch. 640. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 95, Spengelius, *Reform.*, p. 176, an. septenarium Goetzius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Ritschelius Fleckeisenusque, *decet* post *statui* trajicientes.

Bacch. 1076, 1078. Sic discripserunt Hermannus, *Elem.*, p. 415, Ritschelius, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii.

Bacch. 1086. An. octonarium B duce discripserunt Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Hermannus, *Elem.*, p. 416, *si* delens, dimetrum Spengelius, *Reform.*, p. 346, verba *sicut — scio* versui 1085 applicans.

Bacch. 1182. Sic libris ducibus Vossius, Goetzius, Goetzius-Schoellius. An. septenarium restituerunt Hermannus, Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 350, *me* delentes.

CAPTIVI, 208.

'At fugam fíngitis,
Séntio quam rém agitis.

208 Nos fúgiamus? Quo fúgiamus? In pátriam. Apage haud nos íd [deceat
Fugitívos imitari. Immo edepol, si erít occasio haud dehórtor.

CAPTIVI, 509.

Inde ílico revórtor
Domúm, postquam id áctumst. ||

509 Ego prótinus ad fratrem índe abii, mei ubí sunt alii cáptivi : ||
Rogó Philocratem éx Alide écquis omniúm ||
Noverít. Tandem hic éxclamat eúm sibi sodálem. ||

CASINA, 165.166.

Non pól per tempus
Iter húc mihi incepi. | ||

165.166 Sequiminí, comites, in próxumum me huc. Heus vós, ec- [quis | haec quae lóquor audit? | ||
Ego hic éro, vir si aut quispiám quaeret. | ||

CASINA, 206.207, 210.211.

Nolí sis tu illi advórsari. ||

206.207 Sine amét, sine quod lubet íd faciat, quandó tibi nil domi dé- [licuomst. ||
Satis sána's? Nam tu quídem advorsus tuam istáec rem loquere. Insí- [piens, ||

Capt. 208. An. octonarium discripserunt Studemundus, *De Canticis*, p. 69, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 71, Spengelius, *Reform.*, p. 351, Brixius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Schoellius, *id* delens, an. dimetros Reizius, troch. octonarium Hermannus, *Elem.*, p. 210, Fleckeisenus, Klotzius, *Grundz.*, p. 20, 140.

Capt. 509. An. octonarium discripserunt Winterus Skutschiusque, iambicum septenarium Schoellius Klotziusque, *ubi mei* trajicientes, iambicum octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 353, *mei* post *captivi* trajecto. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Ego* Winterus, *eo* libri, Sch., Speng., G.-Sch. *Abii* libri, Wint., Sk., del. Sch., Speng., Kl. G.-Sch.

Cas. 165. 166. An. octonarium B duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 18, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, Goetzius-Schoellius. An. dimetros dispescuerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 144, Schoellius. Creticos tetrametros restituebat Geppertus.

Cas. 206. 207. An. octonarium B duce discripsit Klotzius, an. dimetros

210.211 Sempér tu huic verbo vítato abs tuo viro. Quoi verbo? Ei fó-[ras, mulier.

St. Táce. Quid est? Ém. Quis est, quém vides? Vír eccum it.

CASINA, 217,219.

Igitur técúm loquar: núnc vale. Váleas. ||

217 Omnibús rebus credo égo amorem [et] moribús nitidis antéve-[nire, ||

Nec pótis quicquam commémorari quod plús salis plusque lepóris ||

219 Habeát. Coquos equidem nímis demiror qui útuntur condí-[mentis, ||

Eos eó condimento úno <non> utíer, omnibus quod praéstat. ||

CASINA, 239.

Ut té bonus Mercuriús perdat myropóla quia haec mihi dédisti.

239 Eho tú, nihili, caná culex, vix teneór quin quae decent té dicam.

Sénecta aetate únguentatus pér vias, ignáve, incedis?

dispescuerunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, dimetrum constituit Spengelius, *Reform.*, p. 47, verba *sine amet — faciat* versui 205 applicans.

Cas. 210, 211. An. octonarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 48, Klotzius, Goetzius-Schoellius. In fine versus interjecto spatio *est* addunt libri quod in *St* correxit Gruterus et extra metrum esse animadverterunt Seyffertus, Klotzius, Goetzius-Schoellius. An. dimetrum (*vitato — verbo*) et tripodiam cat. (*Ei — st*) separavit Schoellius.

Cas. 217. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 164, Spengelius, *Reform.*, p. 356, Schoellius, Klotzius, *Grundz.*, p. 91, 285, an. septenarium Hermannus, *Elem.*, p. 413. *Credo ego amorem* Herm., Speng., Sch., *ego amorem credo* libri, *amorem credo* Muell., *amorem ego credo* Klotzius. [*Et*] del. Hermannus, Bothius, Ussingius. *Moribus nitidis* Klotzius, Sch., *nitoribus itidis* BVE, *nitoribus nitidis* JF, Herm., Speng., haec verba post *antevenire* trajicientes, Muellerus, *nitŏribus* metiens.

Cas. 219. An. octonarium discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, Muellerus, *quidem* pro *equidem* corrigens et <*tot*> ante *qui* addens, Klotzius, *nimis* post *demiror* trajiciens. An. septenarium constituit Spengelius, *habeat* in *habet* correctum versui 218 applicans et *nimium* pro *nimis* corrigens. *Habeat* in initio versus B duce collocant Muellerus, Goetzius-Schoellius, in v. 218 Spengelio duce reponit Schoellius, *hodie* e v. 218 asciscens.

Cas. 239. An. octonarium discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 139, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891.

CASINA, 819.820.

Sospés iter incipe hoc út viro tuo |
Sémper sis superstes, | ||

819.820 Tuaque út potior polléntia sit vincásque virum victríxque [sies. | ||

Tua vóx superet tuomque ímperium : vir té vestiat, tu vírum des- [polies. | ||

CISTELLARIA, 25.

Béneque amicitia útier.

25 Ubi istás videas summó genere natás, summatis mátronas,

Ut amícitiam colunt átque ut eam júnctám bene habent intér se.

CURCULIO, 124.

Venús, de paulo paúlulum hic tibí dabo haud lubénter : ||

124 Nam tibi amantes propínantes vinúm potantes dánt ómnes. ||

Mihi haud saépe eveniunt
Talés hereditátes. ||

EPIDICUS, 171.172.

Ducére te uxorem ? ||

171.172 Praesértim eam qua ex tibi cómmemores || hanc quaé domist [filiam prógnatam. | ||

Révereor fílium. At pól ego te crédidi.

Cas. 819. 820. An. octonarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 361, Goetzius-Schoellius, dimetros duos dispescuit Schoellius.

Cist. 25. An. octonarium discripserunt Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 94.

Curc. 124. An. octonarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 367, Klotziusque, *Grundz.*, p. 494, iamb. septenarium Goetzius *propitiantes* pro *propinantes* corrigens et *amantes* post *tibi* et *dant* post *vinum* trajiciens et *omnes* in v. 125 collocans. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Epid. 171. 172. Sic A duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 42, Goetzius-Schoellius. Creticum tetrametrum (*Ducere — tibi*) et trochaicum dimetrum catalecticum (— *domist*) et trochaicam tripodiam constituit Goetzius, *te* delens, iambicum senarium (*Praesertim — domist*) et trochaicam tripodiam Klotzius, *Grundz.*, p. 499.

MENAECHMI, 588.

Eís ubi dicitúr dies, simúl patronis dícitur.

588 Sicút me hodie nimis sóllicitum cliens quídam habuit neque
[quód volui | ||

Agere haú quiquam licitúmst. Ita me attínuit, ita detínuit. | ||

MENAECHMI, 984.

Ego ita éro ut me esse oportet. ||

984 Metum id míhi adhibeam, culpam ábstineam, ero ut ómnibus
[in locis sím praesto. ||

Metuam haúd multum : propest quándo erus ob factá mihi pretium
[exsólvet. ||

MOSTELLARIA, 862.

Stultá sibi expetunt consilia. ||

862 Exércent sese ad cúrsuram : fugiúnt. Sed i si reprehénsi sunt, ||

Faciúnt a malo pecúlio quod néqueunt * * *

MOSTELLARIA, 888.

Manesne ílico, parasite ímpure? ||

888 Qui párasitus sum? Ego ením dicam : cibo pérduci poterís
[quovis. ||

Mihi súm. Lubet esse. Quid íd curas? ||

Men. 588. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 73, Spengelius, *Reform.*, p. 183, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Troch. octonarium esse putabat Ritschelius.

Men. 984. An. octonarium agnoverunt Schoellius, Brixius, Goetzius-Schoellius; troch. octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 376, dubitanter constituit. *Abstineam* libri, Brixius, Speng., G.-Sch., *abstineam a me* Sch.

Most. 862. An. octonarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 265, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Bacchiacos tetrametros duos (*Consilia fugiunt, Sed—mala*) constituebat Hermannus, *Elem.*, p. 311, trochaicum octonarium duce Studemundo fecit Lorenzius, *sunt reprensi* pro *reprehensi sunt* corrigens. *Sed i* Seyffertus, Sch., G.-Sch., *sed hii* libri, *sed* Speng.

Most. 888. An. octonarium discripserunt Studemundus, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 162, Schoellius, Goetzius-Schoellius, alii, an. dimetros dispescuit Spengelius, *Reform.*, p. 385.

MOSTELLARIA, 895.896.

Novít erus me. Suám quidem pol cúlcitulam oportet.

895.896 Si sóbrius sis, male nón dicas. Tibi optémperem quom tu [míhi nequeas?

'At tu mecum, péssume, ito advórsus. Quaeso hercle ábstine.

PERSA, 491,493.

|| Abi, né jura: satis crédo. |

491 Ubi núnc tua libertást. Apud te. Ain? Apud mést? || Aio inquam : apud tést inquam. |

Ita mé di ament ut ob ístanc rem || tibi múlta bona instańt á me. |

493 Nam est rés quaedam, quam occúltabam || tibi dícere : nunc [eam nárrabo : |

Unde tú pergrande lucrúm facias. ||

PERSA, 496.

Meae auxílium exposcunt. | ||

Tuom prómeritumst, merito út faciam : et ut mé scias esse ita [fácturum, | ||

Tabellás tene has, pellege. Haé quid ad me? Immo ad te áttinent || [et tua réfert. |

PERSA, 760.

Hic státui volo primum áquilam. ||

Unde égo omnis hilaros lúdentis laetíficantis faciam út fiant,

Quorum ópera haec mihi facilía factu facta súnt quae volui effíeri.

Most. 895. 896. An. octonarium discripserunt Studemundus, *De Canticis*, p. 71, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 365, Spengelius, *Reform.*, p. 385, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Mihi nequeas* libri, Stud., Muell., Speng., *abigi nequeas* Sch.

Persa 491. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 90, Spengelius, *Reform.*, p. 389, Schoellius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Ritschelius.

Persa 493. An. octonarium agnoverunt Ritschelius, Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius.

Persa 496. An. octonarium discripserunt Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Ritschelius. *Esse ita* A, *esse* P.

Persa 760, 769. An. octonarios agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 99, Spengelius, *Reform.*, p. 157 seq., Schoellius, Goetzius-Schoellius; troch. octonarios constituebat Ritschelius.

Persa, 769.

Temperi. Mihi istuc temperi serost. Hoc áge, accumbe. Hunc diem [suávem
769 Meum nátalem agitemús amoenum. Date aquám manibus : [apponíte mensam. ||
Do hanc tíbi flórentem florenti. Tu hic éris dictatrix nóbis.

Persa, 775.

Hodiést ab dis, quia té licet liberam me ámplecti. ||
775 Tua fáctum opéra. Bene omnibús nobis : hoc méa manus tuae [poculúm donat, ||
Ut amántem amanti décet. Cedo.
Accípe. Bene ei qui invidét mi et ei qui hoc gaúdet. ||

Persa, 799.

At, bóna liberta, haec scívisti || et
Me célavisti?
799 Stultítiast, quoi bene essé licet eum praevórti || litibus. Pósterius
Istaéc te magis par ágerest.

Poenulus, 1180.

Complébat : haud sordére visust | ||
1180 Festús dies, Venus, nec tuóm fanum : tantús ibi clientarum [érat numerus, | ||
Quae ad Cálydoniam venerȧnt Venerem. Certo énim quod quidem [ad nós duas | ||

Persa 769. *Apponite* libri, Speng., G.-Sch., *ponite* Guyetus, Reizius, Muell., Sch.

Persa 775. An. octonarium B duce discribo. Iambicos septenarios (*Quia — oparest*, *Bene — donat*) constituit Ritschelius, iambicos dimetros et trochaicam tripodiam (*Tua — omnibus*, *— poculum*, *— amantem*) Schoellius, an. octonarios (*Quia — nobis*, *Hoc — Bene ei*) Spengelius, *Reform.*, p. 390. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Poculum* libri, Sch., G.-Sch., *poclum* Ritsch., Speng. *Tuae* post *donat* trajicit Schoellius.

Persa 799. An. octonarium (*Et me — praevorti*) discripsit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 92, an. dimetros duos (*Stultitiast — eum*, *— posterius*) Schoellius, troch. septenarium (*Stultitiast — litibus*) Ritschelius Spengeliusque, *liceat* pro *licet* corrigentes.

Poen. 1180. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 106, Spengelius, *Reform.*, p. 394, Goetzius-Loewius, Goetzius-Schoellius. *Ibi* post *clientarum* trajicit Muellerus.

PSEUDOLUS, 230, 232.

Crás, Phoeniciúm, poeniceo cório invises pérgulam.

230 Pseudóle, non audis quae hic loquitur? Audío, ere, equidem [atque animum ádvorto.

Quíd míhi es auctor huic út mittam, ne amícam hic meam próstituat?

232 Nihil cúrassis : liquidó's animo. Ego pró me et pro te cúrabo.

Jam diú ego huic bene et hic míhi volumus et amícitiast antíqua.

PSEUDOLUS, 241.

|| Mane, máne : jam ut voles me esse, íta ero.

241 Nunc tú sapis. || It dies, égo mihi cesso. I praé, puere. Heus, [abit : quín revocas? ||

Quid próperas? Placide. At priús quam abeat. ||

PSEUDOLUS, 580, 583.

'Ita paravi cópias,

580 Duplicís, triplicis dolos, pérfidias, ut ubíquomque hostibus cón- [grediar —

Majórum meúm fretus vírtute dícam,
Mea índustria ét malitiá fraudulénta —

583 Facile út vincam, facile út spoliem meos pérduellis meis pér- [fidiis.

Núnc inimicum ego húnc communem meum átque vostrórum [ómnium

Pseud. 230. An. octonarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 399, Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium restituerunt Ritschelius Lorenziusque, *equidem* delentes.

Pseud. 232. An. octonarium, admisso hiatu in caesura, constituerunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium, deleto *ego*, Muellerus, *Plaut. Pros.*, *Add.*, p. 8, Lorenziusque. *Nihil* A, Ritsch., Gz., *nil* Speng., G.-Sch., *bene* P.

Pseud. 241. Ad. septenarium restituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 170, Goetzius (*It dies — revocas*), an. octonarium juncto v. 242a constituit Spengelius (*I prae — abeat*), tres versiculos dispescuerunt Seyfferto duce Goetzius-Schoellius (*Nunc* —, *It* —, *I prae* —) quorum primus et alter trunci sunt, tertius autem an. dimeter. *Mihi cesso* libri praeter C, Muell., G.-Sch., *mihi concesso* C, *mihi quom cesso* Gz., *cesso* Speng. <*Tu*> post *i* et <*ille*> post *heus* addit Muellerus, <*tu*> post *heus* addit Goetzius.

Pseud. 580, 583. An. octonarios discripserunt Bergkius, Fleckeisenus,

Pseudolus, 592.

| || Quae póst mihi clara et diú clueant. | ||

592 Sed hunc quém video? Quis hic ést qui oculis meis óbviam [ignobilis óbjicitur? | ||

Lubet scíre quid hic veniát cum machaera, et hic quám rem || agat, [hinc dabo insídias. | ||

Pseudolus, 1120.

Vérum ubi is nón venit néc vocat, | ||

1120 Venio húc ultro ut sciam quíd rei sit, ne illíc homo me ludífi- [cetur. | ||

Neque quícquamst melius quám ut hoc pultem || atque áliquem evocem [hinc íntus. |

Pseudolus, 1261, 1264.

Deís proxumum ésse arbitrór,

1261 Ubi mámma mammicula ópprimitur aut sí lubet corpora cóndu- [plicant,

Manú candidá cantharúm
Dulcíferum propínare amícissumám ||

1264 Neque esse álium alii odio ibi néc molestum sermónibus moro- [logís uti, ||

Unguénta atque odóres, lemníscos, coróllas

Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 173, Christius, *Metr.*, p. 660, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Trochaicos esse volebat Ritschelius. *Ubiquomque* A, Speng., G.-Sch., *ubicumque cum* P, *ubique cum* Christius, *ubi ubi ego cum* Muell.

Pseud. 592. An. octonarium agnoverunt Ritschelius, Fleckeisenus, Christius, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Pseud. 1120. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 140, Spengelius, *Reform.*, p. 182, Goetzius, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Ritschelius, Fleckeisenus, Lorenziusque. *Sit* Ritschelius, *siet* libri.

Pseud. 1261. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 121, Goetzius, Goetzius-Schoellius, trochaicum octonarium Ritschelius, Fleckeisenus, Spengeliusque, *Reform.*, p. 405 (dubitanter).

Pseud. 1264. An. octonarium constituerunt Spengelius, Goetzius, an. septenarium Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 200, bacch. hexametrum catalecticum Fleckeisenus. *Neque ibi esse alium alio odio ibi* libri, *neque esse alium alii odio ibi* Gz., *neque ibi esse alium alii odio* Muell., *neque ibi esse alium alio odiosum* Speng., *neque ibi alium alii esse odio* Fleck. *Nec molestum nec* libri, *nec* Muell., Speng., Fleck., *nec quemquam* Gz. Pro *uti* Fleckeisenus *utier* corrigit.

PSEUDOLUS, 1316.

Onera húnc umerum atque me cónsequere || hac. Egone ístum one-
[rem. Onerabís scio. |

1316 Quid ego huic homini faciám? Satin ultro || et argéntum aufert
[et me ínridet? |

Vae víctis. Vorte ergo úmerum. | ||

PSEUDOLUS, 1328-1329.

Redeó. Simul mecum <i> pótatum. Egone eám? Fac quod te
[júbeo. | ||

1328-1329 Si is, aút dimidium aut plús etiam faxo hínc feres. Eo,
[duc mé quo vis. | ||

Quid núnc? Numquid íratus és aut mihi aút filió propter hás res,
[Simó. || Nil profécto. |

RUDENS, 187 a.

<Quam> expériundo iis datur ácerbum. ||

187 a <Sicút nunc> hoc deo cónplacitumst me hoc órnatu orna-
[tam || ín incertas

b Regiónes timidam ejéctam. ||

RUDENS, 227.

Neque quém rogitem respónsorem quemquam ínterea convénio.

227 Neque mágis solae terraé solae sunt quam haéc sunt loca atque
[hae régiones.

Neque sí vivit eam víva umquam quin ínveniam desístam.

Pseud. 1316. An. octonarium agnoverunt Ritschelius, Fleckeisenus, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Pseud. 1328, 1329. An. octonarium constituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 180, Spengelius, *Reform.*, p. 407, Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Fleickeisenus verba *si is dimidium* in v. 1327 collocans et *quid nunc* e versu sequente asciscens. Iambicos senarios duos discribebat Ritschelius, *quid nunc* asciscens et <*Pseudule*> ante *quid* et <*iam*> post *nunc* addens.

Rud. 187a. In initio versus, ad explendam lacunam quae in B signatur, Spengelius, *Reform.*, p. 408, <*satin*> addidit, Schoellius <*nescio—quoii*>, Seyffertus probante Sonnenscheinio <*sicut nunc*>. An. octonarium constituit Schoellius, an. dimetros duos Seyffertus Sonnenscheiniusque, an. trimetrum Spengelius. Nihil supplet Muellerus, *Plaut.*, *Pros.*, p. 609, sed an. octonarium discribit, post *regiones* distinguens.

Rud. 227. An. octonarium constituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 173, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium Schoellius. *Sunt loca* A, Speng., Sonnen., G.-Sch., *loca* P, Sch.

TRINUMMUS, 299-300.

Turbidós quibus boni dedécorant se. | ||

299-300 Haec tíbi si mea imperiá capesses, multá bona in pectore [cónsident. | ||

Sémper usque ad hánc aetatem ab íneunte adulescéntia

TRUCULENTUS, 553.

Ite, íte hac simúl, damnigéruli gerrónis,
Bonórum exagógae.

553 Satin quí amat nequit quin níhili sit, atque ínprobis se artibus [éxpoliat?

Nam ego hóc qui sciám ne quis íd quaerat éx me

TRUCULENTUS, 558.

Foras júbet ferri; metuít || publicos, mundíssumum sit. ||

558 Purás esse sibi vólt aedis : domi quídquid habet, verrítur ἔξω. ||

Quándo quidèm ipsus pérditum se it, sécreto hercle ego illum ádju- [tabo.

TRUCULENTUS, 711.

Véniat: procul hinc óbservabo, meís quid fortunís fuat.
Quía nil habeo, † unum animos movi mihi omnia agam pre- [cário. ||

711 Lepide éfficiam meum ego ófficium : vide intús modo ut tu tuom [ítem éfficias.

Ama íd quod decét, rem tuam: ístum exináni.

Trin. 299. 300. An. octonarium A et B ducibus discripserunt Goetzius-Schoellius; an. dimetros dispescuerunt Spengelius, *Reform.*, p. 420, Niemeyerus. Creticum tetrametrum catalecticum et trimetrum catalecticum trajecto *capesses* post *mea* constituebat Ritschelius, creticos tetrametros duos faciebat Fleckeisenus, trajecto *capesses* ante *mea* et addito <*praecepta*> post *pectore*.

Truc. 553. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 88, 410, Spengelius, *Reform.*, p. 423, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Qui* Muell., Speng., *se quis* libri, *si quis* Bothius, Sch., G.-Sch., *si qui* Muell. *Nihili sit atque* Camerarius, Muell., Speng., G.-Sch., *nihilis itaque* libri, *nihili sit quin* Sch. *Inprobis se artibus expoliat* Muell., Speng., G.-Sch., *improvise partibus exspoliat* CD, *improvisse* B, *probe parta ipse exspoliet* Sch.

Truc. 558. An. octonarium discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 181, Goetzius-Schoellius, troch. octonarium Schoellius. *Sibi esse* libri, Sch., *esse sibi* Bothius, Speng. *Aedis* Speng., *as dis* BCD, *suas aedis* Sch. *Verritur* Camerarius, Speng., *neititur* libri, *vehitur* Sch.

Truc. 711. An. octonarium discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*,

§ 3. — *Dimetri*

AMPHITRUO, 159, 161.

Nec quísquam sit quin mé malo omnes ésse dignum députent.

159 Ita quási incudem me míserum homines
'Octo validi caédant, ||

161 Ita péregre adveniens hóspitio
Públicitus accípiar. ||

AMPHITRUO, 166.

Nonne ídem hoc luci
Me míttere potuit?

166 Opulénto homini hoc servitús durast:
[Hoc magis miser est divitis servos]
Noctésque diesque assíduo.

AULULARIA, 146.

|| 'Id quod in rém tuam óptumum esse árbitror
Te id mónitum advento. ||

146 Soror, móre tuo facis. Fácta volo.
Quid ést id, sorór? Quod tibí sempitérnum. ||

p. 377, Spengelius, *Reform.*, p. 426, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Ut tu tuom* Speng., G.-Sch., *ut tutum* libri, *ut tuom* Bothius, *tu tuom* Muell., *Add.*, p. 50, Sch.

Amph. 159. An. dimetrum et trochaicam tripodiam discripsit Seyffertus, *Bursiani Ann.*, vol. 80, p. 274 adn., an. dimetrum et anapaesticam tripodiam Christius, *Metr. Bemerk.*, p. 46, an. dimetrum et an. dipodiam Fleckeisenus, *caedant* in v. 161 collocans, an octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 333, <*calide*> post *calidi* addens, an. dimetros duos Lud. Havetus, <*in numerum*> ante *octo* addens, trochaicos dimetros Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 350, Goetzius-Loewius, trochaicum octonarium Klotzius, *Grundz.*, p. 155. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Amph. 161. An. dimetrum et trochaicam tripodiam discripsit Seyffertus, *l. s.s.*, an. dimetrum et anapaesticam tripodiam catalecticam Christius, an. septenarium Spengelius, <*lepide*> post *publicitus* addens, an. dimetros duos Lud. Havetus, trajecto *publicitus* ante *peregre* et addito <*bubulo ego*> ante *accipiar*, troch. dimetrum et troch. tripodiam Muellerus, Goetzius-Loewius. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Amph. 166. An. dimetrum agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 350 adn., Spengelius *Reform.*, p. 334, Lud. Havetus, bacchiacum tetrametrum restituerunt Hermannus, Fleckeisenus, Goetzius-Loewius <*magis*> post *hoc* addentes et *dura* ante *hoc* trajicientes.

Aul. 146. An. dimetrum discripserunt Muellerus, *Add.*, p. 119,

AULULARIA, 154.

Heia hóc face quod te júbet soror.
Si lúbeat, faciam. || In rem hóc tuamst.

154 Ut quídem emoriar priusquám ducam.

Sed his légibus si quam dáre vis [ducam] ||

BACCHIDES, 625.

Perdidí me atque operam Chrysali.

625 Consólandus hic mihist : íbo ad eum. ||

Mnesíloche, quid fit? Périi.

BACCHIDES, 633, 635 a, 637 a, 639.

Eum egó meis dictís malis his fóribus atque hac || réppuli.

633 Rejéci hominem. Quid míhi id prodest? ||

Quid fáciam? Nil habeó miser. Illé quidem hanc abducét scio. ||

635 a Si míhi sit, polliceár. Scio des :

b Noví. || Sed nisi ames,
Non hábeam tibi fidem tántam. ||

Spengelius, *Reform.*, p. 339, Goetzius-Schoellius. Bacchiacum tetrametrum restituit Goetzius, *factum* pro *facta* corrigens et *quid est id* asciscens, anapaesticum octonarium Havetus (*Rev. phil.*, a. 1887), *monitum advento* asciscens et <*fac frater quae*> ante *facta* addens.

Aul. 154. An. octonarium constituit Spengelius, *Reform.*, p. 337 (*Ut quidem — si dare vis ducam*), reizianos duos (*In rem — emoriar*, *Sed — vis ducam*), lacuna in altero post *sed* signata, statuendos esse putat Goetzius, *emoriar* post *priusquam ducam* et *si* ante *his legibus* trajiciens. Reizianum unum facit Havetus *Rev. phil.*, a. 1887, *emoriar* et *quam ducam* et *his legibus* delens.

Bacch. 625. An. dimetrum discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 234, Goetziusque. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Bacch. 633. An. dimetrum discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 344, troch. septenarium (*Reppuli* —) Goetzius, <*dic mihi*> post *prodest* addens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Bacch. 635 seq. Spengelius, *Reform.*, p. 344, an. dimetros quinque (*— des*, *— habeam*, *— sat*, *— opem*, *— te*) discripsit, Goetzius an. octonarios duos (*— habeam*, *— opem*) et an. septenarium (*— respiciet nos*) constituit. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Mihi sit* Camerarius, *mihist* libri. *Pollicear* Speng., Gz., G.-Sch., *non pollicear* libri. *Des* Speng., *deres* B, *dare* D, *dares* ceteri libri, Goetzius (dubitanter), G.-Sch.

637 a Nunc ágitas sat tuté tuarum
b Rerum : || égone ut opem mi
Ferré putem posse inopém te ? ||
Táce modo. Deus réspiciet nos áliquis. Nugae. || Máne. Quid est ?

639 Tuam cópiam eccam Chrysalúm video.

BACCHIDES, 1116.

'Is perit cúm tuo : aeque ámbo amicás habent.
1116 Qui scís ? Vidi. Ei mihi, dísperii.
Quíd dubitamus púltare atque hoc évocare ambós foras ?

BACCHIDES, 1151 b.

1151 a Ego ad húnc iratum adgrédiar :

1151 b Possumús nos hos intro ínlicere huc. ||
Meum pénsum ego lepide accúrabo : <quam>quam ódiost mortem [ampléxari.

BACCHIDES, 1158.

Nihilí sum. Istuc jam prídem scio : sed quí nihili's, id mémora. ||

1158 Tactús sum vehementér visco.
Cor stímulo foditur. || Pól tibi multo aequíus est coxendícem. ||

BACCHIDES, 1172 b, 1174.

1172 a || Ni abeás, quamquam tu bélla's ||

1172 b Malum tíbi magnum dabo jám. Patiar : ||
Non métuo ne quid mihi doleat quod férias. Ut blandíloquast. ||

Bacch. 639. Sic Spengelius, *Reform.*, p. 344. An. septenarium (*Aliquis—video*) discripsit Goetzius, alterum <*mane*> post *mane* addens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Bacch. 1116. An. dimetrum agnoverunt Hermannus, in editione, Spengelius, *Reform.*, p. 45, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Creticum tetrametrum catalecticum fecit Ritschelius, <*misero*> post *mihi* addens, trochaicum dimetrum Studemundus, *De Canticis*, p. 66, Klotzius, *Grundz.*, p. 424.

Bacch. 1151 a, 1151 b B contrahit. An. dimetrum catalecticum et dimetrum discripsit Klotzius, *Grundz.*, p. 429. An. octonarium restituerunt Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 349, Goetzius, Goetzius-Schoellius, <*si*> ante *possumus* addentes. An. septenarium constituit Vossius.

Bacch. 1158. An. dimetrum agnoverunt Vossius, Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius. An. septenarium (*Tactus — foditur*) restituebat Ritschelius, <*pol mihi*> post *cor* addens.

Bacch. 1172. An. dimetrum catalecticum et dimetrum B duce dispes-

1174 Ei míhi, metuo. Hic magis tránquillust. || ·
I hac mécum intro atque ibi sí quid vis, filiúm concastigáto.

Bacchides, 1179.

Lepidúm te. At scin quo pácto me ad te intro ábducas? Mecum út [sis. ||
1179 Omnía quae cupio cómmemoras.
Vidi égo nequam || homines, vérum te neminém deteriorem. 'Ita sum.

Bacchides, 1184 b, 1186.

1184 a Quem quídem ego ut non excrúciem, ||
1184 b Alterúm tantum auri nón meream. ||
Quid tándem, si dimídium auri redditur? In' hac mecum íntro?
1186 Atque út eis delicta ígnoscas?
Faciét. || Minume, [nolo]: nihil móror: sine sic. Malo íllos ulcisci [ámbo.

Bacchides, 1198 b.

1198 a Tuos ést: unde illum cénses
1198 b Sumére, nisi quod tu illí dederis? ||
Hanc véniam illis sine te éxorem. Ut terebrát: satin offirmátum ||

cuerunt Studemundus, *De Canticis*, p. 54, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 122 adn. 2, Vossius, Klotzius, *l.s.s.* Anapaesticum septenarium restituerunt Spengelius Goetziusque, *tibi* ante *quamquam* trajicientes, an. octonarium Goetzius-Schoellius, *abetis* pro *abeas* Brugmanno duce corrigentes.

Bacch. 1174. An. dimetrum B duce discripserunt Vossius, Spengelius Klotziusque. Lacunam post *tranquillust* signaverunt Hermannus, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Bacch. 1179. An. dimetrum discripserunt Vossius, Spengelius, Goetzius, Klotzius, Goetzius-Schoellius. Lacunam post *commemoras* signaverunt Hermannus Ritscheliusque.

Bacch. 1184. Anapaesticum dimetrum catalecticum et dimetrum B duce discripsit Vossius, dimetros duos Klotzius, septenarium Hermannus, Ritschelius Spengeliusque, octonarium Goetzius. *Alterum tantum auri non* libri, Voss., Klotz., Gz., *bis tantum auri non* Herm., *alterum tantum non* Ritsch., *non alterum tantum auri* Speng.

Bacch. 1186. Sic Spengelius. An. dimetrum quoque deleto *atque* et servata B discriptione constituit Vossius. Lacunam post *atque* signaverunt Ritschelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, ante *atque* Klotzius, post *minume* Hermannus.

Bacch. 1198. Unus versus est in B. An. dimetrum catalecticum et dimetrum separavit Klotzius. An. septenarium restituerunt Ritschelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, *tuost* pro *tuos est* scribentes et *sumere censes* trajicientes et *tute* pro *tu* corrigentes.

CAPTIVI, 215 a.

Séd brevem oráticnem íncipisse. ||

215 a Em istúc mihi certum erat : cóncede huc.

Abíte ab istis. Obnóxii ambo ||

CAPTIVI, 498; 501.

Si éa decolabít, redibo huc ád senem ad cenam ásperam.

498 III, 2, 1 Quid est suávius quam bene rém gerere

Bonó publicó, sicut égo feci herí, || quom

501 Emi hósce homines? Ubi quísque vident,

Eúnt obviám || gratulánturque eám rem.

CAPTIVI, 788.

Hic íllest senéx doctus, quoí verba dáta sunt.

788 Sed Ergásilus estne hic procul quém video?

Conlécto quidémst pallió : quidnam actúrust?

CASINA, 167.

Sequimini, comites, in próxumum me huc. Heus vós, ecquis | haec [quae lóquor audit? | ||

167 Ego hic éro, vir si aut quispiám quaeret. | ||

Nam úbi domi sóla sum, sópor manus cálvitur. |

Capt. 215 a. An. dimetrum discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 105, Spengelius, *Reform.*, p. 352, Brixius, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Schoellius *ăbitc* metiens et *obnoxi* corrigens.

Capt. 498, 501, an. dimetros discripserunt Geppertus, Brixius, Seyffertus, *De Bacch.*, p. 11, Spengelius, *Reform.*, p. 352, Goetzius. An. octonarios duos constituit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 110, *fĕci* et *gratulăntur* metiens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Capt. 788. An. dimetrum discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 353. Bacchiacum dimetrum cum iambica dipodia constituerunt Seyffertus, *De Bacch.*, p. 45, Studemundus, *De Canticis*, p. 45; bacchiacum tetrametrum restituerunt Fleckeisenus, Schoellius, Klotzius, *Grundz*, p. 487. <*Ire*> ante *video* addit Fleckeisenus, <*ohe*> post *video* Schoellius, <*ego*> post *quem* Klotzius. *Ergasilus estne* libri, Fleck., Sch., Kl., alii, *Ergasilustne* Speng.

Cas. 167. An. dimetrum discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 144, Spengelius, *Reform.*, p. 18, Schoellius, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, Goetzius-Schoellius.

CASINA, 203 a, 205.

Hóc viri cénseo esse ómne quicquíd tuomst.

203 a Tu quíděm advorsum túam amicam

Omnía loqueris. ||
Tace sís, stulta, et mi auscúlta.

205 Nolí sis tu illi advórsari. ||

Sine amét, sine quod lubet íd faciat, quandó tibi nil domi déli-[cuomst. ||

CASINA, 221 b.

Nam ubi amór condimentum ínerit,

221 b Quŏivís placituram <rém> credo, ||

Neque sálsum neque suave ésse potest quicquam, úbi amor non [admíscetur. ||

CASINA, 647.

Ere mí. Quid vis, mea ancílla?

647 Nimiúm saevis. || Numeró dicis. |

Sed hóc quicquid ést eloquere, ín pauca confer.

Cas. 203. An. dimetrum et dipodiam discripsit Klotzius, *Ann, phil.*, a. 1891. Schoellius creticum dimetrum cum thymelico (⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓) restituit, *suam* delens et *omne* pro *omnia* corrigens. Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 138 adn., Spengeliusque, *Reform.*, p. 47, versum damnaverunt, tanquam v. 208 dittographiam, refutante Langeno, *Stud. Pl.*, p. 278. Tradita verba omissis ictibus ediderunt Goetzius-Schoellius.

Cas. 205. An. dimetrum discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, an. octonarium iuncto v. 205 cum v. 204 et hiatu post *mihĭ* admisso constituit Klotzius, iuncto v. 205 cum priore v. 206. 207 parte fecit Spengelius, *Reform.*, p. 47.

Cas. 221. Unus versus est in B. An. octonarium constituerunt Schoellius, <*patinam*> ante *placituram* addens, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, <*rem*> jure post *placituram* addens sed perperam *nām ŭbĭ amor* metiens, an. septenarium fecit Spengelius, *Reform.*, p. 356, *ubi* iterans. Paroemiacum et dimetrum discribo. *Placituram* BVE, *placiturum* JF, Speng.

Cas. 647. An. dimetrum discripserunt Schoellius, Spengelius, *Reform.*, p. 28, Klotzius, Goetzius-Schoellius.

Casina, 734.

Mané. Quid est? Quis híc homo est? | ||

734 Erus súm. Qui erus? Quoius tú servo's. ||

Servós ego? Atque meus. |
Non súm ego liber? | ||

Casina, 815, 817.

Die hércle me cupiúnt servatum. Jam óboluit Casinús procul.

815 IV, 4, 1 Sensím supera limén, tolle

Pédes, mea nova núpta: | ||

817 Sospés iter incipe hoc út viro tuo |

Sémper sis supérstes | ||

Casina, 823.

Tua vóx superet tuomque ímperium : vir té vestiat, tu vírum de-[spolies. | ||

823 Noctúque et diu ut viro súbdola sis, |

'Opsecro meménto. | ||

Cas. 734. An. dimetrum discripserunt Goetzius-Schoellius. Spengelius, *Reform.*, p. 360, versibus 733 (qui re vera iambicus dimeter est) et 734 contractis, an. octonarium constituere voluit, lacunam in medio versu signans. Schoellius, lacuna in initio v. 734 signata, paroemiacos discripsit (* * * *erus sum. Qui erus?*, — *ego*).

Cas. 815 seq. An. dimetrum et trochaicam tripodiam dispescuerunt Schoellius Klotziusque. Iambicum septenarium constituit Spengelius, *Reform.*, p. 361. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Supera tolle limen* A, *super attolle limen* P, *supera limen tolle* Sch., Kl., *super limen pedes attolle* Speng.

Cas. 817 seq. An. dimetrum et trochaicam tripodiam discripserunt Schoellius Klotziusque, creticum dimetrum cum trochaica tripodia catalectica et trochaicam tripodiam Goetzius-Schoellius, iambicum septenarium Spengelius, *Reform.*, p. 361, trajecto *ut* post *viro*.

Cas. 823 seq. An dimetrum et trochaicam tripodiam agnoverunt Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, iambicum septenarium fecit Spengelius.

CASINA, 841.

Tene hánc lampadem. 'Immo ego hánc tenebo. ¦ ||
841 Venus múltipotens, bona múlta mihi | ||
Dedísti, hujus quóm copiám mihi dedísti. O | ||

CISTELLARIA, 8, 10.

Éo ego vos amo ét eo a me mágnam inistis grátiam.
8 Pol istó quidem nos pretió facile
* * est frequéntare utíbilisque habére :
10 Ita in prándio nos lepide ác nitide
Accépisti apúd te, ut sempér meminerímus.

CISTELLARIA, 35.

Palám blandiúntur, clam si óccasio úsquamst
35 Aquam frígidam subdole súffundunt.
Virís cum suís praedicánt nos solére.

CISTELLARIA, 207, 209, 211. 212.

Jactór, crucior, agitór,
207 Stimulór, vorsor in amóris rota,
Miser || éxanimor,

Cas. 841. An. dimetrum discripserunt Studemundus, *De Canticis*, p. 24, Schoellius, Goetzius-Schoellius. An. octonarium juncto v. 841 cum v. 842 restituit Spengelius, *Reform.*, p. 362. *Bona multa mihi* Stud., Sch., G.-Sch., *multa bona mihi* A, *bonam vitam mihi* P, *bonà multa* Speng.

Cist. 8, 10. An. dimetros discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 364, Schoellius, Goetzius-Schoellius. *Isto* Varro, Luchsius, Sch., G.-Sch., *istoc* libri, Speng. *Ac* libri praeter B, Varro, *atque* B.

Cist. 35. An. dimetrum constituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 279, Schoellius. Bacchiacum dimetrum cum iambico monometro hypercatalecto effecerunt Seyffertus, *De Bacch.*, p. 46, Goetzius-Schoellius.

Cist. 206 seq. Sic Schoellius, Goetzius-Schoellius. Majusculam litteram in *Stimulor*, itemque in *Feror* B habet, quod verae discriptionis vestigium est. Hermannus, *Elem.*, p. 396, troch. septenarium (*Jactor — rota*), an. dipodiam, an. dimetros duos (ascito *ubi sum* e v. 211) discripsit, Spengelius an. octonarium et septenarium, deleto *amoris;* Klotzius, *Grundz.*, p. 285, *Exanimor — mentem* duos an. dimetros constituit, de reliquis tacens.

209 Feror, differor, distrahor, diripior :

Ita núbilam mentem || animi hábeo.

211-212 Ubi sum, ibi non sum, ubi non sum, ibist animus. ||

Ita mi ómnia sunt ingénia.

CURCULIO, 97 b.

Ejús amor cupidam me húc prolicit per ténebras. ||

97 b Ubi, ubíst, prope mest: evåx habeo.

Salve, ánime mi, Liberí lepos. ||

CURCULIO, 101.

Tú mihi stácte, tu cínnamum, || tú rosa.

101 Tu crócinum et casia's, tú bdellium. ||

Nam ubi tú profusu's íbi ego me pérvelim sepúltam.

CURCULIO, 114.

'Imperatór quis est? ||

114 Viní pollens, lepidús Liber, ||

Tibí qui screánti, siccaé, semisómnae

Cist. 211. 212. An. tripodias catalecticas duas dispescuerunt Schoellius, Goetzius-Schoellius. Alterum quidem *Ubi* sicut prius majuscula littera in B scribitur, sed *Ibi* quoque B habet, unde sequitur non ubique verae discriptionis vestigium esse majusculam litteram. Juncto v. 213 an. septenarium discripsit Spengelius.

Curc. 97 b. An. dimetrum discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 366, Goetzius-Schoellius. An. octonarium fecerat Goetzius, ascito *me — tenebras* et addito *intus* post *prolicit*.

Curc. 101. An. dimetrum constituit Spengelius, *Reform.*, p. 367, creticum trimetrum Fleckeisenus, creticum tetrametrum Goetzius, in fine collocato *nam<que> ubi*, dactylicum trimetrum catalecticum in syllabam cum iambico monometro acatalecto Goetzius-Schoellius. *Telium* B cum varia lectione *pdellium*, *telliu telinu* E, *ptellium* J cum varia lectione *tellinu*, *bdellium* Gz., Speng., *telinum* G.-Sch.

Curc. 114. An. dimetrum agnoverunt Spengelius, *Reform.*, p. 65, 288, Goetzius-Schoellius; trochaicum dimetrum fecerunt Fleckeisenus, Goetzius, *vinipollens* scribentes.

Curculio, 137, 140.

Te essé? Quia id quod amo cáreo.

137 Phaedróme mi, amabo, né plora. ||

Tu mé curato né sitiam : ego tibi quod amas jam huc ádducam. ||
Tibi ne égo, si fidem servás mecum, vineám pro aurea statuá sta-[tuam, ||

140 Quae tuó gutturi sit mónumentum. ||

Qui me in terra aeque fórtunatus erít, si illa ad me bítet ||

Menaechmi, 351, 355.

Adsérvatote haec súltis, navalés pedes.

351 II, 3, 1 Sine fóres sic, abi : nolo óperiri. ||

Intús para, cura :
Vide quód opust fiat. ||
Sternite lectos,
Incéndite odores. ||

355 Mundítia inlecebra animóst amantum. ||

Amánti amoenitás malost, nobís lucrost. ||

Mostellalia, 89 a.

Eám rem volútavi et diú disputávi,

89 a Hominém quoius rei quandó natust ||

Similem ésse arbitrárer simulácrumque habére.

Curc. 137. An. dimetrum discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 288, Klotziusque, *Grundz.*, p. 124, trochaicum dimetrum Fleckeisenus, Goetzius, Goetzius-Schoellius, an. octonarium Studemundus, *De Canticis*, p. 89, juncto v. 137 cum v. 136. *Ne plora amabo* libri, Fleck., Gz., G.-Sch., Kl., *ne amabo plora* Speng., *amabo ne plora* conjicio.

Curc. 140. An. dimetrum agnoverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 111, Spengelius, *Reform.*, p. 161, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Troch. septenarium restituebat Fleckeisenus.

Men. 351. An. dimetrum discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 186, Brixius, Spengelius, *Reform.*, p. 67, Christius, *Metr.*, p. 246, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Creticum dimetrum constituebant Hermannus, *Elem.*, p. 394, Ritscheliusque, *nolo operiri* versui 352 applicantes.

Men. 355. Iambicum dimetrum catalecticum constituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 373, Goetzius-Schoellius, *munditia* in v. 354 asciscentes, iambicam tetrapodiam hypercatalecticam Winterus, an. dimetrum cum lacuna in initio et iambicam tripodiam catalecticam Schoellius.

Most. 89 a. An. dimetrum discripserunt Seyffertus, *De Bacch.*, p. 19, Spen-

MOSTELLARIA, 94.

Atque hóc haud vidétur verí simile vóbis :

94 At ego íd faciam esse ita ut crédatis. ||

Profécto esse ita út praedicó vera víncam.

MOSTELLARIA, 123.

Extóllunt, paránt sedulo ín firmitátem,

123 Et, ut <ét> in usum boni et ín speciem

Popló sint sibíque, haud matériae repárcunt

MOSTELLARIA, 322.

Sémper istóc modo móratus * *

* * * vitae debebas. ||

322 Visne égo te ac tu me ampléctare? ||

Sí tibi fácere cordíst licet. Lépida's.

MOSTELLARIA, 334.

Em téne. Age i simul. Quo ego eam án scis ? ||

334 Scio : in méntem venit modo : némpe domum eo ||

Comíssatum.

Immo... 'Istuc quidem jam mémini. ||

gelius, *Reform.*, p. 235, Schoellius, Goetzius-Schoellius, bacchiacum trimetrum Lorenzius et Klotzius, *Grundz.*, p. 543, bacchiacum tetrametrum juncto v. 89 b Ritschelius.

Most. 94. An. dimetrum agnoverunt Studemundus, *De Canticis*, p. 51, Seyffertus, *De Bacch.*, p. 24, Spengelius, *Reform.*, p. 235, 275, Klotzius, *Grundz.*, p. 543. V. 93-95 tanquam dittographiam incluserunt Ritschelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius; Studemundus vero nihil pro glossemate habendum esse censet, dummodo Philolachis garrulitati aliquantum condonetur. *Esse ita* libri, Speng., Sch., *ita esse* Herm., Ritsch., G.-Sch.

Most. 123. An. dimetrum constituit Schoellius, <*et*> post *ut* addito, trochaicum quaternarium Studemundus, *De Canticis*, p. 35; bacchiacum tetrametrum cum Hermanno restituerunt Lorenzius, Spengeliusque, *Reform.*, p. 379, *sint* et *populo* e v. 124 asciscentes. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Most. 322. An. dimetrum constituit Schoellius, an. octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 381, ascito moratus *vita<m> de<g>ebas*, dactylicam tetrapodiam Klotzius, *tú mĕ ampléctere* metiens. *Amplectere* libri, defendit Klotzius, *amplectare* correxerunt Pylades, Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius, alii.

Most. 334. An. dimetrum sic B duce constituit Klotzius, *Grundz.*, p. 537, creticum tetrametrum et paroemiacum Spengelius, *Reform.*, p. 381, Schoelliusque (*Quo — modo, Nempe — comissatum*).

Mostellaria, 872, 876.

Malúm quom impluít ceterís, ne impluát mi. ||

872 Nam ut sérvi volunt esse érum, ita solet. ||

Nam núnc domi nostrae
Tot péssumi vivont ||
Pecúli suí prodigí, plagigéruli.

876 Ubi advórsum ut eant vocitántur ero :

Non eó, molestus né sis.

Mostellaria, 887, 889.

Víde ut fastidit símia.

887 Manesne ílico, parasite ímpure? ||

Qui párasitus sum? Ego ením dicam : cibo pérduci poterís quovis. ||

889 Mihi súm. Lubet esse. Quid íd curas? ||

Ferócem facís quia ted aératus hámat.

Mostellaria, 902 a.

Homo némo hinc quidem foras éxit. |

902 a Ut esse áddecet nequam hominés, ita sunt. ||

Sed eó magis cautóst opus |

Most. 872. An. dimetrum fecit Spengelius, *Reform.*, p. 384, duas trochaicas tripodias catalecticas Schoellius, Goetzius-Schoellius.

Most. 876. An. dimetrum discripserunt Hermannus, Schoellius, Goetzius-Schoellius, trochaicum octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 209, bacchiacum tetrametrum Ritschelius, Lorenzius. *Vocitantur* Herm., Sch., G.-Sch., *vocantur* libri, Speng., Ritsch., Lor. *Ero* post *eant* trajiciunt Ritsch., Lor. <*Ei*> ante *ut* et <*suo*> ante *vocantur* addit Ritschelius, <*velut*> ante *ubi* et <*suo*> ante *vocantur* Lorenzius.

Most. 887. An. dimetrum constituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 209, Schoelliusque, iambicum septenarium (— *parasitus*) Hermannus Ritscheliusque. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Impure parasite* libri, *parasite impure* Speng., Sch., *impure ilico parasite* Herm., Ritsch. <*Tu*> post *manesne* add. Hermannus Ritscheliusque.

Most. 889, 902 a. An. dimetros discripserunt Studemundus, Spengelius, *Reform.*, p. 385, Schoellius, Goetzius-Schoellius, alii.

PERSA, 494 a, 495 a.

Nam est rés quaedam, quam occúltabam || tibi dícere : nunc eam [nárrabo : |
494 a Unde tú pergrande lucrúm facias : ||
Faciam út mei memineris,
Dum vítam vivas. |
495 a Bene díctis || tuis benefácta aures
Meae auxílium exposcunt. | ||

PERSA, 773 a.

Move máuus, propera, || Paegniúm : tarde cyathós mihi das. Cedo [sáne.
773 a Bene míhi, bene vobis, béne amicae. ||
Optátus hic mihi diés datus
Hodiést ab dis, quia té licet liberam me ámplecti. ||

PERSA, 794 a.

Ne sís me uno digito áttigeris : ne te ád terram, scelus, ádfligam. ||
794 a At tíbi ego hoc continuó cyatho
Oculum éxcutiam tuom. ||

PERSA, 798 a.

Jurgium hínc auferas, si sápias.
798 a At bóna liberta, haec scivisti || et
Me célavisti ?

Persa 494 seq. An. octonarium et septenarium constituerunt Studemundus, *De Canticis*, p. 3, Schoellius, Goetzius-Schoellius, *vicas* in initio v. 495 collocantes; Spengelius quoque an. octonarium et septenarium, servata Ambrosiani discriptione, facit, *faciam ut* delens et <*in*> *bene factis* pro *bene facta* corrigens.

Persa 773. Sic discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, *me*, quod ante *amicae* in BCD additur, cum Guyeto delentes. Juncto v. 773 b et deleto *bene vobis* an. septenarium constituit Ritschelius (*Bene míhi, bene meae amicae. 'Optatus mi hic diés datus hodiést áb dis*), an. octonarium Spengelius, *Reform.*, p. 390 (*Bene míhi, bene meae amicae. 'Optatus hic míhi dies datus hodiést ab dis*). Aliter an. octonarium fecit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 117, *hodie* post *amplecti* trajecto.

Persa 794. An. octonarium restituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 92, Spengelius, p. 391, Schoellius. In fine versus, <*si vivo*> addit Muellerus, <*si feries*> Spengelius, <*laevom odium*> Schoellius.

Persa 798. An. octonarium constituit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 92,

Poenulus, 1179 b.

Arabíus murrinus omnís odor | ||

1179 b Complébat : haud sordére visust | ||

Festús díes, Venus, nec tuóm fanum : tantús ibi clientarum érat [numerus | ||

Pseudolus, 242 a.

Nunc tú sapis. || It dies, égo mihi cesso. I praé, puere. Heus, abit : [quín revocas? ||

242 a Quid próperas? Placide. At priús quam abeat. ||

Quid, málum, tam placide is, púere? ||

Pseudolus, 591.

Eó sum genere gnátus : magna mé facinora décet efficere, | ||

591 Quae póst mihi clara et diú clueant. | ||

Sed hunc quém video? Quis hic ést qui oculis meis óbviam ignobilis [óbjicitur? | ||

Pseudolus, 1114 b.

Nunc égo illum metuo

1114 b Quom hic nón adest, || ne quom adsiét metuam.

Eí rei operam dabó. ||

juncto v. 797 (*Jurgium — scicisti*) et *haec<ine>* pro *haec* correcto, aliter Spengelius, *Reform.*, p. 391 (*Si sapias — celavisti*). An. dimetros duos discripsit Schoellius (*Si sapias — haec, — celavisti*). Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Poen. 1179. Sic in A et in B duo versus sunt. An. octonarium constituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 394, Goetzius-Loewius, an. septenarium Goetzius-Schoellius. *Haud sordere* AP, G.-Sch., *sordere haud* Weisius, Speng., *<tuos> haud sordere* G.-L.

Pseud. 242. An. dimetrum et paroemiacum B duce discripserunt Goetzius-Schoellius. An. septenarium constituit Spengelius *Reform.*, p. 399 (*I prae — abeat*) aliterque Goetzius (*Quid properas — puere*).

Pseud. 591. An. dimetrum agnoverunt Bergkius, Christius, *Metr.*, p. 660, Goetzius, Goetzius-Schoellius ; an. octonarium constituit Spengelius, *Reform.*, p. 401, ascito e v. 590 *magna — efficere*. Trochaicum esse putabant Ritschelius Fleckeisenusque.

Pseud. 1114 seq. Tres versiculi duobus versibus in B contracti sunt. Creticum tetrametrum et bacchiacum tetrametrum catalecticum constituit Ritschelius, *nunc ego illum* delens et *ne metuam quom adsiet* tra-

Pseudolus, 1131.

Malúm quod tibí di dabúnt: sic sceléstu's. |' ||
1131 Venus míhi haec bona dat, quom hos húc adigit ||
Lucrifugás | damni cupidós qui se suamque aétatem bene cúrant. | ||

Pseudolus, 1250, 1253 a, 1256 a.

Pérgitin pérgere? Ah, sérviundúm mihi ||
1250 Hodiést. | Magnum hoc vitiúm vinost: |
Pedés captat prímum, luctátor dolósust. | ||
Profécto edepol égo nunc probe ábeo madúlsa:
1253 a Ita víctu excurato, íta magnis
Mundítiis dis dignis, | ||
Itaque ín loco festivo
Sumus féstive accepti. | ||
Quid opúst me multas
1256 a Agere ámbages? Hoc ést || homini |
Quam ob rém amet vitam. ||

jiciens et *ego ut mi imperatumst* e v. 1113 ante *ei rei* transponens. Trochaicum septenarium (*Nunc — ne metuam quom adsiet*) et bacchiacum tetrametrum catalecticum (*Ego ut mi — dabo*) restituerunt Fleckeisenus Lorenziusque; an. octonarium Spengelius, trajecto *metuo* post *adest* et correcto *adsit* pro *adsiet* et *do* pro *dabo;* trochaicum septenarium Goetzius, *quom hic non adest* delens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius

Pseud. 1131. An. dimetrum discripserunt Bergkius, *Opusc.*, vol. I, p. 112, Lorenzius, Goetzius, Goetzius-Schoellius. An. octonarium (— *se*) constituit Spengelius, *Reform.*, p. 404. Creticum tetrametrum constituebat Ritschelius, *hos* delens et *adigit huc* trajiciens et *lucrifugas* asciscens. *Mihi* libri cum A, G.-Sch., *mi* Lor., Speng., Gz. *Dat* A, Speng., Lor., G.-Sch., *dat at* P, *datat* Ritsch., Gz.

Pseud. 1250. Uno versu cum 1251 in B comprehenditur, sed *Pedes* majuscula littera scribitur. *Hodiest* versui 1249 in B adhaesit. An. dimetrum separaverunt Spengelius, *Reform.*, p. 20, Goetziusque. Bacchiacum dimetrum omisso *hodie* discripserunt Ritschelius, Fleckeisenus, Christius, *Metr.*, p. 422. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Pseud. 1253. Vide supra, p. 113, 133.

Pseud. 1256. Tres versiculi (1255, 1256 a, b) duobus versibus in B contracti sunt, v. 1256 a cum v. 1255 jungitur in A, qui inde ad v. 1281 deficit. Duos bacchiacos tetrametros (*Quid opust—ambages,—vitam*) constituerunt Ritschelius Fleckeisenusque, anapaesticum dimetrum (*Quid opust — ambages*) et iambicum dimetrum discripsit Muellerus, *Add.*, p. 142, *me* delens; an. octonarium, deleto *me* et *homini* in versus fine collocato, fecit Spengelius, *Reform.*, p. 405, troch. septenarium Goetzius. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Homine* A, *homini* libri praeter A. *Vitam amet* libri, Muell., Speng., Gz., *agat vitam* Ritsch., *amet vitam* Fleck.

RUDENS, 919.

Paupértatem erí qui et meám sentiléntam ||

919 Tolerárem : opera haud fui párcus mea.

Nimís homo || nihilist quíst piger, nimísque id genus odi égo male.

STICHUS, 10. 11, 13. 14.

Speró quidem et volo :
Sed hóc, soror, crucior : | ||

Reform., p. 231, Goetzius-Loewius, Klotzius, *Grundz.*, p. 486, quae superiori versui in B adhaeret. Bacchiacum dimetrum fecit Fleckeisenus, itemque addito <*ei*> post *bona* Havetus, iambicum dimetrum catalecticum Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 50, *penēs* metiens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Penest* BCD, Speng., G.-L., Kl., *penes est* Fleck., Muell.

Aul. 143 a. Iambicam tripodiam catalecticam constituerunt Muellerus, *Add.*, p. 119, Spengelius, *Reform.*, p. 227 adn., *mi* pro *mihi* corrigentes. Creticum tetrametrum (— *impera*) deleto *mihi* discripsit Goetzius, an. octonarium juncto v. 142 Havetus, *Rev. phil.*, a. 1887. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Aul. 145. An. tripodiam catalecticam duce Muellero, *Plaut. Pros.*, p. 766, discripsit Spengelius. Creticum trimetrum catalecticum fecit Goetzius. *Monitum advento* in v. 146 collocat Havetus. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Bacch. 635 b, 637 b. Vide supra, p. 165.

Bacch. 652. B 652, 653 a, 653 b contraxit. An. octonarium juncto v. 652 cum v. 651 constituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 23, Goetziusque. Creticos tetrametros duos restituit Ritschelius, *est* post *servos* trajiciens

Casina, 160, 163 a.

'Acheruntis pábulum, |
Flágiti pérsequens, |

160 Stabulúm nequitiae. | ||

Nunc húc meas fortunas
Eo quéstum ad vicinam. |

163 a Sed fóris concrepuit ||

Atque ípsa eccam egreditur. |

Casina, 172, 175, 177, 178 b.

Myrrhína, salve. | ||

172 Salvé mecastor:

Sed quíd tu's tristis amábo? |
Ita sólent omnes ||

175 Quae súnt male nuptae. |

Domi et fóris aegre

177 Quod sít sat est semper. | ||

Nam ego íbam ad te. Et

178 b Pol ego ístuc ad te. |

Sed quíd est quod tuo ||
Nunc ánimo aegrest ? |

et <*is*> ante *habet* et <*ut copias*> post *pectus* addens, creticum tetrametrum catalecticum (*Nequiust* — *servos*) et an. dimetrum catalecticum (*Nisi* — *pectus*) Klotzius, *Grundz.*, p. 515, trajecto *est* post *nequius*. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. An. trimetrum et tripodiam catalecticam discribo.

Cas. 160. An. tripodiam catalecticam A duce discripserunt Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius. Trochaicam tripodiam catalecticam restituit Spengelius, *Reform.*, p. 354, *stablum* corrigens et post *nequitiae* trajiciens.

Cas. 163. Vide supra, p. 201.

Cas. 172. Vide supra, p. 186, 198.

Cas. 175. An. tripodiam catalecticam discripserunt Schoellius Klotziusque. Vide supra, p. 198.

Cas. 177. An. tripodiam catalecticam discripsit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891. Vide supra, p. 198. *Sit* AP, Speng., *siet* Sch. *Sat est semper* Geppertus, Klotzius, *satis semper est* AP, Sch., *satis est* Speng.

Cas. 178 b. An. tripodiam catalecticam discripsit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891. Vide supra, p. 198. *Istuc* AP, Klotz., *isto* Muell., Speng., Sch.

CASINA, 874.

| || Quaé velis libere próloqui. Tacé : |

874 Vostrá foris crepuit. | ||

Neque quó fugiam neque ubí lateam neque hoc dédecus quo modo [célem | =

CASINA, 889.

Réppulit míhi manum, néque enim dare sibí

889 Saviúm me sivit. ||

Enim jám magis [jam] adpropero

CASINA, 894 b, 895 b, 900. 901, 903 b.

'Age dum tu adi hunc. 'Opsecto,

894 b Ubi túa nova nuptast? ||

Périi hercle ego, manuféstа rest.

895 b Omném mi ordine rem ||

Fatéri ergo aequomst :
Quid íntus agitur? Quíd agit ||
Casína? Satin morígerast?
Pudet dícere
Me || mora órdine,
Ut occéperas.

Cas. 874. An. tripodiam catalecticam discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius. An. octonarium juncto v. 873 et *ibi audacius licet* e v. 872 ascito et *libere* ante *quae ceis* trajecto constituit Spengelius, *Reform.*, p. 324. *Vostra* Speng., Sch., G.-Sch., *vestra* A, *nostra* P.

Cas. 889. Versui 888, qui creticus dimetur est cum trochaica tripodia catalectica junctus, v. 889 in B adhaesit. Creticum hexametrum constituit Geppertus, refutante Spengelio, *Reform.*, p. 79, qui addito <*manibus*> post *manum* an. septenarium restituere vult. Schoellius trochaicum septenarium (— *savium*) discripsit, lacunam post *sivit* signans. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Cas. 894. Trochaicum dimetrum calatecticum et an. tripodiam catalecticam discribo. Trochaicum dimetrum catalecticum cum trochaica tripodia junctum esse voluerunt Schoellius, Goetzius-Schoellius. Trochaicum septenarium ascito *Perii hercle ego* et deleto *nova* et trajecto *ubi* post *nupta*, dubitanter constituit Spengelius, *Reform.*, p. 363.

Cas. 895. Trochaicum dimetrum catalecticum et an. tripodiam catalecticam discribo. Trochaicum dimetrum catalecticum cum trochaica tripodia junctum esse voluit Schoellius, *ordinē* metiens. Iambicum septenarium, ascito *fateri ergo aequomst* et *ordine* ante *omnem* trajecto, constituit Spengelius, *l. l.* Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Res est* libri, Speng., G.-Sch., *rest* Sch. *Omnem mi ordine rem* Sch., *omnem in ordinem* libri, *omnem ex ordine rem* Bothius.

900-901 Pudet hércle. Age audacter. ||

<Postq>uám de<cu>buisti inde
Volo mémorare, quid est fáctum. ||
<At> flágitiumst. Cavébunt

903 b Qui audíerint faciant. ||

* * * hoc magnus est. Perdis. Quin tu pergis? Ubi

Casina, 934 b, 935 b, 936 b.

Séd ubist palliolúm tuom?

934 b Hic íntus reliqui. ||

Quíd nunc satin lepíde aditast

935 b Vobís manus? Merito ||

Séd concrepuerúnt fores.

936 b Num illa mé nunc sequitur? ||

Maxúmo ego ardeo flagítio

Casina, 958, 960, 962.

Núgas istic dícere licet :
Vápulo hercle egó invitus tamén, | ||

958 Etsí malum merui. |

Hac dábo protinam me et fúgiam.

Cas. 900. 901. An. tripodiam catalecticam discribo. Iambicam dípodiam catalecticam (*Pudet hercle*) separaverunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, verba *age audacter* trunci versus initium esse putantes. Spengelius, *l. l.*, <*ita*> ante *ut* addito et *dice* pro *age* correcto, iambicum septenarium (*Memora — audacter*) constituit.

Cas. 903. Iambicum dimetrum catalecticum et an. tripodiam catalecticam discribo. Duos iambicos dimetros catalecticos restituendos putat Schoellius, lacunam post *faciant* signans. <*At*> supplevit Camerarius, adsentiente Schoellio.

Cas. 934 seq. Trochaicos dimetros catalecticos cum an. tripodiis catalecticis junctos esse animadvertit Klotzius, *Grundz.*, p. 524, *Ann. phil.*, a. 1891. Iambicos dimetros cum clausula reiziana restituere vult Schoellius, <*tibi*> post *tuom*, <*ab ea*> post *lepide*, <*eho*> post *fores* addens. Nullam lacunam signant Goetzius-Schoellius, sed ictus omiserunt. *Aditast* Camerarius, Sch., G.-Sch., *additast* libri, Klotz.

Cas. 958. An. tripodiam catalecticam A duce discripserunt Schoellius, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, Goetzius-Schoellius.

960 Heus, sta ilico, amator. | ||

'Occidi, revocór. Quasi

962 Non aúdiam, abibo. | ||

V, 4, 1 'Ubi tu's, hic qui cólere mores Mássilienses póstulas?

CISTELLARIA, 217.

Fugat, ágit, appetit, || raptát, retinet,

217 Lactát, largitur.

Quod dát, non dat, delúdit. ||

CURCULIO, 125 a.

Nam tíbi amantes propínantes vinúm potantes dánt omnes. ||

125 a Mihi haud saépe eveniunt

Talés hereditátes. ||

EPIDICUS, 167 b, 170.

'Ubi pudendúmst, || ibi eos déserit pudór, |

167 b Quom usúst ut pudeat. |

'Is adeo tú's. Qui || d est quód pudendúm siet |
Génere natám bono paúperem domúm | ||

Cas. 960. An. tripodiam catalecticam discripserunt Schoellius, Klotzius. Vide supra, p. 187.

Cas. 962. Cum v. 961 uno versu in B scribitur. Trochaicum dimetrum catalecticum et an. tripodiam catalecticam discripserunt Klotzius, *Grunds.*, p. 524, *Ann. phil.*, a. 1891. Dactylicum trimetrum catalecticum in syllabam cum basi et adonio constituerunt Goetzius-Schoellius, assentiente Seyfferto (*Burs. Ann.*, vol. 80, p. 284).

Cist. 217. An. tripodiam catalecticam discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius. Paroemiacum fecerunt Hermannus, *Elem.*, p. 365, Spengeliusque, *Reform.*, p. 365, ille ascito *retinet* e v. 216, hic <*lassat*> ante *lactat* addito. *Lactat* Scioppius, *jactat* libri.

Curc. 125. An. tripodiam catalecticam et iambicum dimetrum catalecticum discribo. Iambicum septenarium constituerunt Fleckeisenus Goetziusque, *omnes* e v. 124 asciscentes et *evenunt* pro *eveniunt* corrigentes, Spengelius, *Reform.*, p. 367, *evenunt* quoque corrigens sed <*pauperi*> post *mihi* addens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Epid. 167, '170. Sic A duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 42, Goetzius-Schoellius. Perperam Goetzius v. 166-167 b contraxit, trochaicum octonarium constituens, tum v. 170 creticum tetrametrum fecit ascito *praesertim — tibi* et *te* post *pauperem* trajecto.

170 Ducére te uxorem? |

Praesértim eam qua ex tibi cómmemores || hanc quaé domist filiam [prógnatam. | ||

MENAECHMI, 354.

Vide quód opust fiat. ||
Sternite lectos,

354 Incéndite odores. ||

Mundítia inlecebra animóst amantum. ||

MENAECHMI, 982 a, 983.

Proptérea eri imperium éxsequor, bene ét sedate sérvo id :

982 a Atque íd mihi prodest : ||

Alii íta ut in rem esse ducúnt sint :

983 Ego ita éro ut me esse oportet. ||

Metum id míhi adhibeam, culpam ábstineam, ero ut ómnibus in locis [sím praesto. ||

MOSTELLARIA, 346 b.

Quíd ego hoc faciam póstea

346 b Mea, síc sine eumpse ||

Age tu ínterim da ab Délphio cito cántharum circum.

PERSA, 495 b.

Bene díctis || tuis benefácta aures

495 b Meae auxílium exposcunt. | ||

Tuom prómeritumst, merito út faciam : et ut mé scias esse ita fác- [turum, | ||

Men. 354. An. tripodiam catalecticam discribo. An. dimetrum ascito *munditia* fecerunt Spengelius, *Reform.*, p. 373, Goetzius-Schoellius. Lacunam post *odores* statuebat Schoellius. Vide supra, p. 199.

Men. 982 seq. Vide supra, p. 188.

Most. 346. Trochaicum dimetrum catalecticum et an. tripodiam catalecticam discripsit Klotzius, *Grundz.*, p. 537, seq. Reizianum esse vult Schoellius, lacunam post *ego* signans, itemque Goetzius-Schoellius, hiatu ante *hoc* admisso.

Persa 495. An. dimetrum et tripodiam catalecticam discribo. Vide supra, p. 175.

PERSA, 794 b.

At tíbi ego continuó cyatho

794 b Oculum éxcutiam tuom. ||

Quid aís, crux, stimulorúm tritor? Quo módo me hodie vorsávisti ||

PERSA, 798 b.

At, bóna liberta, haec scívisti || et

798 b Me célavisti?

Stultítiast, quoi bene essé licet eum praevórti || litibus. Pósterius

POENULUS, 1189 a.

| || Quém pénes spes vitae súnt hominum omniúm, da diem | hunc [sospitém, quaeso, | ||

1189 a Rebús meis agundis,

Ut quíbus annos multós carui quasque é patria | || perdidí parvas

PSEUDOLUS, 141.

Eórum officium, ut mávelis lupós apud oveis quam hós | domi

141 Linquére custodes. | ||

'At faciem quom aspícias eorum, hau máli videntur : ópera fallunt.

PSEUDOLUS, 935 b.

Séd vide, ornátus hic mé satis cóndecet? |

935 b Optúme habet. Esto. | ||

Tantúm tibi boni di immórtales duint quántum tu tibi óptes. | ||

1. Persa 794. Vide supra, p. 175.
Persa 798. Vide supra, p. 175.
Poen. 1189. Haec tripodia catalectica in A et B versui 1189 b adhaesit, cujus, cum longior esset, ultima verba in v. 1190 collocata sunt. Vide supra, p. 32. *Rebus meis agundis* A, G.-Sch., *rebus mis agundis* P (*mebus misigaindis* B), *meis rebus agundis* Muell., *Plaut. Pros.*, p. 231, Gz., *rebus agundis* Speng.
Pseud. 141. An. tripodiam catalecticam discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 396, Goetzius, Goetzius-Schoellius. *Quam hos domi linquere* A, G.-Sch., *linquere quam hos domi* P, Speng., Gz.
Pseud. 935. Creticum tetrametrum et an. tripodiam catalecticam A ut videtur duce discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 8, 79, Goetzius,

PSEUDOLUS, 950 b.

Nisi effécero, cruciabíliter
950 b Carnuféx me accipito. | ||
Séd propera mihí monstrare, ubíst leonis óstium.

PSEUDOLUS, 1114 a.

Égo, ut mihi imperátumst, etsi abést, hic adesse erum árbitror.
1114 a Nunc égo illum metuo
Quom hic nón adest, || ne quom adsiét metuam.
Eí rei operam dabó. ||

PSEUDOLUS, 1255, 1256 b.

Itaque ín loco festivo
Sumus féstive accepti. | ||
1255 Quid opúst me multas
Agere ámbages? Hoc est || homini |
1256 b Quam ob rém amet vitam. ||
Hic ómnes voluptatés, in hoc omnés venustatés sunt.

RUDENS, 218 b.

Nunc quí minus servio quám si
218 b Servá forem nata? ||
Neque quícquam umquam illis prófuit, qui mé sibi eduxérunt.

RUDENS, 925 b.

Hoc égo in mari quicquid inest, ||

Goetzius-Schoellius. Trochaicum septenarium constituerunt Ritschelius Fleckeisenusque, ascito e v. 936 *tantum — duint*, an. septenarium Spengelius, *Reform.*, p. 403, junctis v. 935 a, 935 b et <*sic*> post *satis* addito.

Pseud. 950. Vide supra, p. 192.

Pseud. 1114. An. tripodiam catalecticam, an. dimetrum, trochaicam tripodiam catalecticam discribo. Vide supra, p. 176.

Pseud. 1255, 1256. An. tripodiam catalecticam, an. dimetrum, an. tripodiam catalecticam discribo. Vide supra, pp. 113, 133, 177.

Rud. 218. Vide supra, p. 194.

925 b Repperí : quicquid inest,

Grave quídemst : aurum hic || ego inésse reor, nec míhi conscius est [úllus homo. ||

STICHUS, 2 a, 2 c.

Soror, suo éx animo, |

2 a Quae tám diu vidua | ||

Viro suó caruit : |

2 c Nam nós ejus animum ||

De nóstris factis nóscimus, quarúm viri hinc absunt | ||

STICHUS, 7 a.

Neque id mágis facimus |

7 a Quam nós monet pietas. | ||

Sed híc, soror, assídedum : multá volo tecum | ||

TRUCULENTUS, 100, 103 a.

Ita núnc adulescentés morati súnt : quinei ||

100 Aut sénei adveniunt

Ad scórta congerrones. || .
Consúlta sunt consília :
Quando íntro advenerunt, ||

103 a Oenús eorum aliquis

Oscúlum amicae usque oggerít, dum agant. |

Rud. 925. Vide supra. p. 202.
Stich 2 a, 2 c, 7 a. Sic A duce discripsit Klotzius, *Grundz.*, p. 519. Vide supra, pp. 111, 130, 200.
Truc. 100. An. tripodiam catalecticam discribo quam duo iambici dimetri catalectici sequuntur. Bacchiacum dimetrum ascito *quinei* fecerunt Spengelius olim in editione Schoelliusque; an. octonarium juncto v. 99 constituerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 186, adn., Spengelius, *Reform.*, p. 226, iambicum dimetrum catalecticum cum trochaica tripodia (*Aut — ad*, — *congerrones*) Goetzius-Schoellius.
Truc. 103. Vide supra, p. 180.

§ 8. — *Dimetri hypercatalecti*

BACCHIDES, 1085.

Nunc Mnésilochum quod mándavi viso écquid eum ad virtútem ||

1085 Aut ád frugem opera suá conpulerit : ||

Sicút eum, si convénit, scio fecísse : eost ingenió natus. ||

CASINA, 829.

Id quaérunt volúnt, haec ut ínfecta fáciant. | ||

829 Age, Olympio, quando vís uxorem, |

'Accipe hanc ab nóbis. | ||

STICHUS, 12, 15.

Patrem tuóm meumque adeo, unicé qui unus | ||

12 Civíbus ex omnibus próbus perhibetur, | ||

Eum núnc improbi viri offício uti, | ||

15 Viris quí tantas abséntibus nostris | ||

Facit ínjurias inmérito |

STICHUS, 21.

Ne lácruma, soror, neu túo id animo | ||

Bacch. 1085. B duce an. dimetrum hypercatalectum discribo. An. septenarium ascito *viso* — *virtutem* constituerunt Studemundus, Vossius, Goetzius, Goetzius-Schoellius; an. octonarium (*Viso* — *conpulerit*) fecit Hermannus, *Elem.*, p. 415, <*ille*> post *frugem* addens, Spengelius quoque, sed ascito *sicut* — *scio* et deleto *ad*.

Cas. 829. An. dimetrum hypercatalectum A duce discripserunt Schoellius, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, Goetzius-Schoellius. Iambicum septenarium restituit Spengelius, *Reform.*, p. 361, juncto v. 830 et trajecto *Olympio* post *vis*.

Stich. 12. An. dimetrum hypercatalectum discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 332, iambicum senarium catalecticum Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Stich. 15. An. dimetrum hypercatalectum discripsit Spengelius, *l. l.*, iambicum senarium catalecticum restituit Goetzius, trajecto *qui tantas* post *nostris*, iambicum monometrum hypercatalectum cum anapaestico monometro hypercatalecto junctum esse putant Goetzius-Schoellius.

21 Fac quód tibi tuos pater fácere minatur. | ||

Spes èst cum melius fácturum. | ||

TRINUMMUS, 241.

Latebrícolarum hominum córrumptor, ||

241 Blandús, inops, celatum índagator. | ||

Nam quí amat quod amat quom éxtemplo ||

TRINUMMUS, 246.

Ibi illé cuculus: ocelle mí, fiat. ||

246 Et istúc et si amplius vís dari, dabitur. | ||

Ibi ílla pendentém ferit.

TRINUMMUS, 280.

Fecerís par tuis ceterís factis, ||

288 Patrem tuóm si percoles pér pietatem. | ||

Nólo ego cum ímprobis té viris, gnáte mi | ||

Stich. 21. An. dimetrum hypercatalectum libris ducibus constituit Spengelius. Deleto *tuus* an. dimetrum restituerunt Goetzius, Goetzius-Schoellius. Creticum tetrametrum catalecticum esse putabat Bergkius, *minitatur* pro *minatur* corrigens, iambicum dimetrum cum anapaestica dipodia Studemundus. *De Canticis*, p. 59.

Trin. 241. Bacchiacum dimetrum fecerunt Ritschelius Fleckeisenusque, *blándus inops* delentes, an. dimetrum Spengelius, *Reform.*, p. 268, deleto *blandus* et correcto *inpos* pro *inops*. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Trin. 246. Creticum tetrametrum catalecticum discripserunt Hermannus, *Elem.*, p. 212, Ritschelius, Fleckeisenus, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius; an. dimetrum restituit Spengelius correcto *istoc si* pro *et istuc et si*.

Trin. 280. Creticum tetrametrum catalecticum constituit Ritschelius (*Si patrem pércoles <tuám> per pietátem*), creticum tetrametrum Fleckeisenus (*Párque pietáti, tuum si patrem pércoles*), an. dimetrum Spengelius, *Reform.*, p. 419, Niemeyerusque, *coles* pro *percoles* corrigentes. Iambicum dimetrum cum trochaico monometro junctum esse Brixio duce putant Goetzius-Schoellius.

§ 9. — *Pentapodiae*

CASINA, 955. 956.

|| Quid núnc agam nescio
Nisi ut ímprobos famulos
Imitér ac domo fugiam. ||

955. 966 Nam sálus nullast scapulís, si domum redeo. | ||

Núgas istic dícere licet :
Vápulo hercle egó ínvitus tamén | ||

STICHUS, 45.

In nós faciant quam aequómst, tam pol | ||

45 Ne quíd magis sit omníbus obnixe opibus | ||

Nostrum ófficium meminísse décet. | ||

§ 10. — *Trimetri*

ASINARIA, 133.

Fáxo erunt : cápitis te pérdam ego et fíliam,

133 Perlécebrae, perniciés, adulescentum éxitium.

Nám mare haud ést mare : vós mare acérrumum.

Cas. 955. 956. Sic A et B ducibus discripsit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891. Trochaicos dimetros catalecticos duos fecit Schoellius, *fugiam* e v. 954 ascito et *nullast* ante *salus* et *redeo* ante *domum* trajecto, trochaicum dimetrum catalecticum et trochaicam tripodiam Goetzius-Schoellius, *fugiam* quoque asciscentes et *nullast salus* trajicientes.

Stich. 45. Sic A et P habent, nisi quod *simus* pro *sit* in P est, *obnoxiae* pro *obnixe* in B. An. dimetrum vitiosum restituerunt Spengelius, *Reform.*, p. 415, Goetziusque, *nostris* pro *ne quid magis sit* corrigentes. V. 43-45 bacchiacos tetrametros duos restituebat Ritschelius (— *faciant*, — *sit*), <*noxiae*> ante *ne quid magis sit* addens. Tradita verba servaverunt, sed ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Asin. 133. An. trimetrum discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 20, 266, bacchiacum tetrametrum Fleckeisenus, Lachmannus, creticum tetrametrum Spengelius olim, *De cret.*, p. 25, Christius, *Metr.*, p. 394, Goetzius-Loewius, quem vitiosum esse demonstravit Spengelius, *Reform.*, p. 20, 33, trochaicum senarium Klotzius, *Grundz.*, p. 500. Versum injuria damnaverunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 626, Langenus, *Plaut. Stud.*, p. 243. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Bacchides, 631.

Mortuós pluris pretist quam égo sum. ||

631 Militís parasitus modó venerat aurúm petere hinc. ||

Eum egó meis dictís malis his fóribus atque hac || réppuli

Bacchides, 651.

Quí duas aut trís minas aúferunt erís.

651 Nequiús nihil est quam egéns consili servós, nisi habet ||

Multípotens pectús

Casina, 629.

Né quid in té mali fáxit ira pércita. | ||

929 Erípite isti gladiúm, quae suist impós animi. | ||

Nám quid est, quod haéc huc timida atque éxanimata exsíluit?

Casina, 634.

Quid périisti? || Perii ét tu
Periísti. || Perii? Quíd ita? |

635 Vae tíbi. || Immo vae tibi sít. Ne cadam, amabó, tene me. | ||

Quicquid ést, eloquere mihí cito. Contine péctus. | ||

Bacch. 631. Trochaicum septenarium restituit Spengelius, *Reform.*, p. 344, *aurum* post *parasitus* et *modo* post *hinc* trajecto. Goetzius quoque, sed <*qui*> ante *modo* addito et *venerat* post *hinc* trajecto. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Bacch. 651. Vide supra, p. 204.

Cas. 629. An. trimetrum discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 266, creticum tetrametrum Seyffertus, *Burs. Ann.*, a. 1881, p. 43, trochaicum senarium Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891. Trochaicum tetrametrum brachycatalectum restituit Schoellius, addito <*sibi*> post *suist*. Choriambicum dimetrum cum trochaica tripodia junctum esse putant Goetzius-Schoellius.

Cas. 634. An. trimetrum discribo, sequente an. trimetro catalectico. Trochaicum tetrametrum brachycatalectum fecerunt Schoellius, Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891, Goetzius-Schoellius. Iambicos dimetros duos constituit Spengelius, *Reform.*, p. 357, *vae tibi* in v. 633 collocato et *immo vae* in *immo istuc* mutato et ascito *quicquid est*.

CASINA, 644.

Nám nisi ex té scio, || quícquid hoc ést, cito, hoc |

644 Jam tibĭ istuc cerebrúm dispercutiam, éxcetra tu, | ||

Ludíbrio, pessuma, adhúc quae me habuísti. | ||

MOSTELLARIA, 860.

Ei sólent esse eris utíbiles. ||

860 Nam illí qui nil metuónt, postquam sunt málum meriti, ||

Stultá sibi expetunt consília. ||

PERSA, 774.

Optátus hic mihi diés datus

774 Hodiést ab dis, quia té licet liberam me ámplecti. ||

Tua fáctum opera. Bene omnibús nobis: hoc méa manus tuae poculúm donat. ||

PSEUDOLUS, 931.

Méque ut esse aútumet quı ípsus est. Quí potest ? ||

931 Occídis me, quom istúc rogitas. O hominém lepidum. ||

Té quoque etiám dolis átque mendáciis

Cas. 644. An. trimetrum discribo, quem an. trimeter catalecticus sequitur. An. tripodias duas dispescuit Klotzius, *l. s. s.*; an. septenarium ascito *hoc* e v. 643 et *ludibrio* e v. 645 constituit Schoellius, an. octonarium addito <*pugnis*> post *tibi* et deleto *tu* et ascito *ludibrio* fecit Spengelius, *Reform.*, p. 358. Dactylicum hexametrum catalecticum in syllabam discripserunt Seyffertus, *Berl. phil. Woch.*, a. 1891, p. 112, *Burs. Ann.*, vol. 80, p. 284, Goetzius-Schoellius.

Most. 860. Sic libris ducibus discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 255. An. dimetrum et monometrum dispescuit Christius, *Metr.*, p. 269. Trajecto *malum* post *metuont* reizianum restituit Schoellius. Goetzius-Schoellius quoque versum corrigendum esse censent.

Persa 774. B v. 773 b qui iambicus dimeter est et v. 774 contraxit. Ritschelius iambicum septenarium (*Quia — operast*) constituit, Spengelius, *Reform.*, p. 390, an. octonarium (*Quia—nobis*) discripsit. Schoellius, Goetzius-Schoellius iambicos dimetros duos (*Optatus — datus*, — *licet*) et trochaicam tripodiam (— *amplecti*) separaverunt. Confer supra, p. 175.

Pseud. 931. An. trimetrum discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 329. Bacchiacum tetrametrum metiti sunt Ritschelius, Fleckeisenus Lorenziusque (qui tamen hanc mensuram in adn. damnavit), trochaeo-creticos constituerunt Studemundus, *De Canticis*, p. 13, Seyffertus, *De Bacch.*, p. 17. Anapaestos esse animadvertit Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 97, sed dimetrum et monometrum dispescuit. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

RUDENS, 185.

Bonum aéquomque oras. Séquere me hac ergó. Sequor. ||
185 (I, 3, 1) Nimio hóminum fortunaé minus miserae mémorantur ||
<Quam> expériundo iis datur ácerbum. ||

RUDENS, 188.

Regiónes timidam ejéctam. ||
188 Hancíne ego ad rem natám miseram <me> mémorabo? ||
Hancíne ego partem cápio
Ob píetatem praecipuam ? ||

TRUCULENTUS, 96.

Ad fóres auscultate átque adservate aédis, ||
96 Ne quís adventor gravíór abaetat quam ádveniat, ||
Neu quí manus adtulerít sterilis intro ád nos, ||

TRUCULENTUS, 452.

Edepól male conmentúm : ||
452 Quomque éam rem in corde agitó, nimio minus pérhibemur ||
Malae quám sumus ingenió.

Rud. 185. An. trimetrum constituit Spengelius, *Reform.*, p. 328, reizianum Studemundus, *De Canticis*, p. 28, Seyffertus, Sonnenscheinius, Schoellius, Goetzius - Schoellius. Trochaicum octonarium restituebant Hermannus, *De Metris*, p. 128, Fleckeisenusque, <*pol*> post *nimio* et <*multo*> post *minus* addentes.

Rud. 188. An. trimetrum addito <*me*> ante *memorabo* constituit Spengelius, *l. s. s.*, reizianum addito <*esse me*> ante *miseram* Seyffertus Sonnenscheiniusque, an. septenarium addito <*me*> ante *natam* et ascito *timidam ejectam* Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 609; an. septenarium quoque fecit Schoellius, ascito *hancine ego partem*. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Truc. 96. An. trimetrum B duce fecerunt Goetzius-Schoellius. An. trimetrum catalecticum discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 186 adn., Spengelius, *Reform.*, p. 328, bacchiacum tetrametrum Ritschelius, Schoellius. *Quis* libri, Priscianus, Muell., Speng., G.-Sch., *qui* Sch. *Abaetat* B, Ritsch., Sch., G.-Sch., *abeat* CDL, Muell., Speng.

Truc. 452. An. trimetrum B duce discribo. An. octonarium (— *agito*) et iambicum dimetrum catalecticum constituit Studemundus, *Acta gymn. Berol.*, vol. XVIII, p. 541, probante Muellero, *Plaut. Pros.*, p. 196, creticum tetrametrum (— *agito*) et iambicum dimetrum catalecticum Schoellius. Vide supra, p. 203.

TRUCULENTUS, 557.

Qui bóna sua pro stercóre habet,

557 Foras júbet ferri; metuít || publicos mundíssumum sit. ||

Purás esse sibi vólt aedis: domi quídquid habet verrítur ἔξω. ||

TRUCULENTUS, 566.

Nam hóc in mare abit mísereque perit síne bona omni grátia. ||

566 Haec quóm video fierí, suffuror, súppilo,

De praéda praedam cápio. ||

TRUCULENTUS, 572.

Dés quantum vis, núsquam apparet néque datori néque acceptrici. ||

572 Velut haéc meretrix meum erúm miserum sua blánditia ||

Intulít || in pauperiem

§ 11. — *Trimetri catalectici*

AULULARIA, 133.

Quin párticipem páriter ego te ét tu me ut fácias.

133 Eo núnc ego secretó te huc foras sedúxi ||

Ut tuám rem ego técum hic loquerér familiárem. ||

Truc. 557. Creticum tetrametrum fecerunt Spengelius olim in editione Schoelliusque. an. dimetrum constituit Spengelius, *Reform.*, p. 423 (*Metuit — sit*). Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Publicos* libri, Speng. (*Reform.*), *pulcisculos* Sch. *Mundissumum sit* libri (*—ssimum*), Speng., <*unus*> *mundissumust* Sch.

Truc. 566. An. trimetrum discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 424, Goetzius-Schoellius, bacchiacum tetrametrum Spengelius olim, in editione, Schoelliusque.

Truc. 572. Vide supra, p. 203.

Aul. 133. An. trimetrum catalecticum discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 330. Bacchiacum tetrametrum restituerunt Hermannus, *Elem.*, p. 307, Goetzius, *foras te huc* trajicientes. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

CASINA, 635. 636.

Vae tíbi. || Immo vae tibi sít. Ne cadam, amabó, tene me. | ||

635. 636 Quicquid ést, éloquere mihí cito. Contine péctus. | ||

Face véntum, amabo, pállio. Timeo hóc negoti quíd siet ||

CASINA, 645.

Jam tíbi istuc cerebrúm dispercutiam, èxcetra tu, | ||

645 Lúdibrio, pessuma, adhúc quae me habuísti. | ||

Ere mí. Quid vis, mea ancílla ?

CASINA, 887.

Respeoto identidem ne senex * * * * *

887 Inlécebram stupri princípio eam savium pósco. ||

Réppulit míhi manum, néque enim dare sibí
Saviúm me sivit. ||

CISTELLARIA, 672.

Nisi quíd mi opis di dánt, disperii : neque unde aúxilium expetam hábeo ||

672 Itaque pétulantia mea mé animi miserám habet, ||

Quae in térgum meúm ne veniát male formído

Cas. 635-636. Schoellius cum Bergkio (*Op.*, II, p. 774) lacunam post *cito* èt post *pectus* signat, trochaicum tetrametrum brachycatalectum cum trochaico dimetro catalectico fuisse conjiciens idemque fere sentire videntur Goetzius-Schoellius. Klotzius trochaicum dimetrum catalecticum cum an. tripodia catalectica discripsit, Spengelius, *Reform.*, p. 357, iambicos dimetros restituit (*Amabo — est, Eloquere pectus contine*) deleto *mihi cito* et trajecto *pectus* ante *contine*. *Eloquere* P, Speng., Sch , G.-Sch., *loquere* A, Klotz.

Cas. 645. An. tripodiam et tripodiam catalecticam dispescuit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891. An. dimetrum fecerunt Spengelius, *Reform.*, p. 358, Schoellius, *ludibrio* in v. 644 collocantes. Trochaicam pentapodiam dubitanter discripserunt Goetzius-Schoellius.

Cas. 887. An. trimetrum catalecticum B duce discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 330. Schoellius et Goetzius-Schoellius in versus exitu lacunam signant, quem trochaicum septenarium fuisse conjiciunt ideoque Schoellius <*appeto*> post *posco* addit.

Cist. 672. Sic B. Spengelius, *Reform.*, p. 365, an. dimetrum restituit deleto *itaque* et trajecto *habet* ante *miseram*. An. septenarium fuisse Schoellius conjicit. Lacunam signaverunt quoque Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 41, Goetzius-Schoellius.

PERSA, 777.

|| Ut amántem amanti décet. Cedo

777 Accípe. Bene ei qui invidét mi et ei qui hoc gaúdet. ||

Qui súnt, qui erunt, quiqué fuerunt, quiqué futuri sunt pósthac

TRUCULENTUS, 95, 97.

Cum eá quoque etiam míbi fuit commércium.

95 (I, 2, 1) Ad fóres auscultate átque adservate aédis, ||

Ne quís adventor gravlór abaetat quam ádveniat, ||

97 Neu, quí manus adtulerít sterilis intro ád nos, ||

Gravidás foras exportét. Novi ego hominúm mores. ||

§ 12. — *Octonarii hypercatalecti*

AMPHITRUO, 1062.

Ita eraé meae hodie cóntigit: nam ubi párturit, deos síbi invocat, ||

1062 Strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus : ut súbito, ut propere, [ut válide tonuit. ||

Ubi quísque institerat, cóncidit crepitu : ibi nescio quis máxuma ||

Persa 777. B v. 776 et 777 contraxit. Ritschelius iambicos septenarios duos restituit addito <*dare*> post *amanti* et <*bene vobis*> post *accipe* et <*mecum*> post *gaudet*. Spengelius, *Reform.*, p. 390, an. octonarium (*Hoc mea — bene ei*) et dimetrum catalecticum deleto *amanti* constituit. Schoellius iambicos dimetros duos (*amanti — accipe*, *— invidet*) et trochaicam tripodiam dispescuit, <*nil*> ante *invidet* addens et *ĕi* metiens. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius.

Truc. 95, 97. An. trimetros catalecticos discripserunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 185, adn., Spengelius, *Reform.*, p. 268, 328, Christius, *Metr.*, p. 273, Goetzius-Schoellius. Bacchiacos tetrametros constituebant Ritschelius, Spengelius olim in editione, Schoellius. *Ad* CL, Priscianus, Muell. Sch., G.-Sch., *aut* B, *apud* Speng. *Adservate* Priscianus, Muell. Speng., G.-Sch., *adservas* BD, *servas* C, *adservate hasce* Sch. *Intro* libri, Muell., Speng., G.-Sch., *intero* Sch., *ad nos intro* trajiciebat Spengelius in editione.

Amph. 1062. Octonarium hypercatalectum libris ducibus discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 330, Goetzius-Loevius, Klotzius, *Grundz.*, p. 414, Goetzius-Schoellius. Octonarium restituerunt Bothius, Hermannus, *Elem.*, p. 413, Fleckeisenus, deleto primo *ut*, trochaicum septenarium Schoellius, *Analecta Plaut.*, p. 48, *fremit* pro *ut valide tonuit* corrigens, iamb. octonarium Havetus, <*ibi*> in initio addens et *ut valide*, *ut prope* pro *ut propere*, *ut valide tonuit* corrigens.

Casina, 821. 822.

Tuaque út potior pollèntia sit, vincásque virum víctríxque [sies. | ||

821. 822 Tua vóx superet tuomque imperium : vir té vestiat, tu [vírum despolies. | ||

Noctúque et diu ut viro súbdola sis, |

Pseudolus, 602.

Nova rés subito mi haec óbjectast | ||

602 Hoc praévortar princípio : illa omnia míssa habeo quae ante [ágere occepi. | ||

Jam pól ego hunc stratioticúm nuntium adveniéntem probe per-[cútiam.

Pseudolus, 938.

Nam si éxoptem quantúm dignu's tantúm dent, minus nihiló sit. | ||

938 Neque ego hóc homine quemquám vidi magis málum et ma-[leficum. Tun íd mihi. || Taceo. |

Sed egó quae tibi bona dábo et faciam, | si hanc sóbrie rem accu-[rássis. | ||

Cas. 821. 822. Octonarium hypercatalectum A et P ducibus discripserunt Goetzius-Schoellius. Octonarium constituit Spengelius, *Reform.*, p. 361, *spolies* pro *despolies* correcto, dimetros duos Schoellius, *vehat* pro *vestiat* correcto, an. dimetrum et trochaicam pentapodiam Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891.

Pseud. 602. Octonarium hypercatalectum libris ducibus constituerunt Goetzius, Goetzius-Schoellius. Septenarium deleto *principio* fecerunt Fleckeisenus et Spengelius, *Reform.*, p. 401, octonarium deleto *ante* Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 414, adn.

Pseud. 938. Octonarium hypercatalectum A duce discripserunt Goetzius-Schoellius. Trochaicum octonarium constituebant Studemundus, *De Cant.*, p. 12, Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 218 (— *id mi*), Lorenzius (— *maleficum*), trochaicum septenarium (— *malum*) Ritschelius et Fleckeisenus. An. septenarium (— *taceo*) fecerunt Spengelius, *Reform.*, p. 403, Goetzius, *et maleficum* delentes. *Homine* libri, Ritsch., Fleck., Muell., Lor., Gz., G.-Sch., *hominem* Speng.

TRINUMMUS, 276. 277.

Quam cum ímprobis vivere vánidicis. | ||

276. 277 Quo illíc homo foras se pénetravit ex aédibus. || Pater.
[adsum, ímpera quidvis. | ||

Neque tíbi ero in mora neque látebrose ||

Trin. 276. 277. Creticum tetrametrum discripserunt Ritschelius Fleckeisenusque, post *aedibus* distinguentes, anapaesticos dimetros duos Spengelius, *Reform.*, p. 26 seq., 419, deleto *adsum*, anapaesticum dimetrum et paroemiacum Niemeyerus, deleto *ex aedibus* et *imperita* pro *impera* correcto; trochaicas tripodias catalecticas tres cum anapaestica tripodia catalectica fecerunt Goetzius-Schoellius, post *pater* distinguentes.

LIBER SECUNDUS

De prosodia

§ 1. — *De brevibus breviantibus*

A. Iambica vox, cujus altera syllaba positione longa est, pro pyrrhichio ponitur :

In thesi prima : *aquam* Cist. 35 (dim.), *malum* Bacch. 1172 b (dim), *patrem* Trin. 280 (dim. hypercat.), Stich. 10. 11 (dim.), *satin* Cas. 208. 209 (sept.), Truc. 553 (oct.).

In arsi prima : *duplex* Bacch. 641 (sept.), *malum* Pseud. 242 b (par.), *quidem* Pers. 171 (sept.), *solent* Cas. 174 (dip.), Most. 859 (par.).

In thesi secunda : *adest* Pseud. 1114 b (dim.), *malum* Cas. 958 (trip. cat.), *penest* Amph. 653 (trip. cat.), *quidem* Cist. 8 (dim.).

In arsi secunda : *quidem* Most. 335 b (par.), *senex* Cas. 893 (par.), *simul* Most. 333 (par.), *volunt* Most. 872 (dim.).

In thesi tertia : *colunt* Cist. 26 (sept.), *fidem* Bacch. 636 (par.), *procul* Capt. 788 (dim.).

In thesi quarta : *apud* Pers. 491 (oct.).

In arsi quarta : *domum* Cas. 955. 956 (pentap.).

In thesi quinta : *apud* Pers. 491 (oct.).

In arsi quinta : *enim* Poen. 1181 (sept.), *malum* Pseud. 938 (oct. hypercat.), *senex* Cas. 882 (sept.).

In thesi septima : *apud* Pers. 491 (oct.), *decent* Cas. 239 (oct.).

In arsi septima : *virum* Cas. 821. 822 (oct. hypercat.).

B. Iambica vox, cujus altera syllaba natura longa est, pro pyrrhichio ponitur :

In thesi prima : *abi* Pers. 490 (par.), *bene* Pers. 495 a (dim.), 773 a (dim.), Truc. 128 (par.), *boni* Trin. 272 (dim.), *decet*

Stich. 28 (par.), *ego* Capt. 509 (oct.), *feror* Cist. 209 (dim.), *foras* Truc. 557 (trim.), *homo* Most. 901 (par.), *ibi* Rud. 935 b (par.), *lubet* Pseud. 593. 594 (sept.), *malae* Truc. 453 (trip.), *mane* Pseud. 240 (par.), *manes* Most. 887 (dim.), *nisi* Cist. 671 (sept.), *placet* Stich. 47 (par.), *pudet* Cas. 900. 901 (trip. cat.), *tace* Cas. 204 (par.), *ubi* Cas. 894 b (trip. cat.), Cist. 211. 212 (dim.), Pers. 491 (oct.), Stich. 32 (par.), *viris* Stich. 15 (dim. hypercat.), *viro* Stich. 2 b (dip.).

In arsi prima : *colas* Trin. 294 (dim.), *dabo* Cas. 959 (par.), *domi* Pseud. 141 (trip. cat.), *ego* Bacch. 637 b (trip. cat.), Most. 322 (dim.), *ero* Cas. 167 (dim.), *fores* Truc. 95 (trim. cat.), Men. 351 (dim.), *foris* Cas. 176 (dip.), *ibi* Cist. 211. 212 (dim.), Trin. 271 (par.), *lubet* Men. 368 (par.), *mane* Pseud. 240 (par.), Truc. 115 (dim.), *salus* Cas. 955. 956 (pentap.), *tibi* Bacch. 1172 b (dim.), Trin. 299. 300 (oct.), *velit* Men. 763 b (par.), *vides* Pseud. 1297 (par.).

In thesi secunda : *bene* Pers. 773 a (dim.), *coquos* Cas. 219 (oct.), *ego* Aul. 133 (trim. cat.), *habet* Aul. 720 (sept.), *labos* Trin. 271 (par.), *lubet* Most. 889 (dim.), *male* Cas. 175 (trip. cat.), Truc. 451 (trip.), *manus* Truc. 97 (trim. cat.), *mari* Rud. 925 a (trip.), *modo* Cas. 756 a (trip.), *monet* Stich. 7 a (trip. cat.), *nisi* Bacch. 1198 b (dim.), *sapis* Pseud. 241 (oct.), *tibi* Stich. 21 (dim. hypercat.), Trin. 296 (dim.).

In arsi secunda : *abi* Men. 351 (dim.), *boni* Trin. 298 (dim.), *decet* Bacch. 640 (oct.), *domo* Cas. 954 (trip.), *eris* Most. 859 (par.), *foras* Trin. 276. 277 (oct. hypercat.), *licet* Men. 368 par.), *nequit* Truc. 553 (oct.), *placet* Trin. 235 (dim.), *tibi* Bacch. 636 (par.), *ubi* Cist. 211. 212 (dim.), *venit* Most. 334 (dim.), *voles* Pseud. 240 (par.), *volo* Pers. 759 b (par.).

In thesi tertia : *bene* Capt. 498 (dim.), Pers. 495 a (dim.), *dabo* Bacch. 1172 b (dim.), *dolos* Pseud. 580 (oct.), *foras* Most. 901 (par.), *ibi* Pseud. 1264 (oct.), *lubet* Cas. 206. 207 (oct.), *male* Most. 895. 896 (oct.), 903 (par.), *modo* Most. 334 (dim.), *pati* Aul. 726 (par.), *probis* Trin. 273 (par.), *tibi* Bacch. 1155 b (par.), Cas. 634 (trim.), Epid. 171. 172 (oct.), Pers. 171 (sept.), *ubi* Capt. 501 (dim.), *viro* Cas. 823 (dim.).

In arsi tertia : *abin* Bacch. 1168 b (par.), *bene* Bacch. 617 (oct.), *ego* Pseud. 241 (oct.), *ibist* Cist. 211. 212 (dim.).

In thesi quarta : *cito* Cas. 635. 636 (trim. cat.); *dari* Trin. 246 (dim. hypercat.), *licet* Pers. 774 (trim.), *viro* Cas. 817 (dim.).

In arsi quarta : *foras* Aul. 133 (trim. cat.).

In thesi quinta : *cibo* Most. 888 oct.), *domi* Truc. 558 (oct.), *tibi* Pers. 492 (sept.), 493 (oct.).

In arsi quinta : *viro* Cas. 210. 211 (oct.).

In thesi sexta : *domist* Epid. 171. 172 (oct.), *ego* Pseud. 908 (sept.), *feres* Pseud. 1328. 1329 (oct.), *tene* Cas. 634 (trim.).

In arsi sexta : *ego* Pseud. 184 (sept.), *foris* Stich. 327 (sept.), *pater* Trin. 276. 277 (oct. hypercat.), *probe* Pseud. 603 (sept.).

In thesi septima : *amet* Bacch. 617 (oct.), *bene* Pseud. 1132 (sept.), *domi* Cas. 206. 207 (oct.), *locis* Men. 984 (oct.), *loquar* Pseud. 908 (sept.).

In arsi septima : *erat* Poen. 1180 (oct.), *loquor* Cas. 165. 166 (oct.).

C. Vocis polysyllabae secunda syllaba, positione longa, propter principialem brevem corripitur :

In arsi secunda : *agundis* Poen. 1189 a (trip. cat.), *oportet* Men. 983 (trip. cat.), *Philippis* Bacch. 1183 (sept.).

In thesi quarta : *amantum* Men. 355 (dim.), *molestum* Pseud. 1264 (oct.).

In thesi quinta : *lubentissumo* Pseud. 1321 (sept.).

D. Monosyllaba brevis insequentem monosyllabam positione longam breviat :

In thesi prima : *quid est* Capt. 498 (dim.), *quid hoc*[1] Pseud. 1321 (sept.), *sed hunc* Pseud. 592 (oct.).

In thesi secunda : *sat est* Cas. 177 (trip. cat.).

In thesi quinta : *et ut* Pers. 496 (oct.).

E. Monosyllaba brevis insequentem monosyllabam natura longam breviat :

In thesi prima : *sed his* Aul. 155 (par.).

In thesi sexta : *sed i* Most. 862 (oct.).

F. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentem monosyllabam positione longam breviat :

1. *Hocc* pronuntiabatur.

In thesi prima: *move abs* Capt. 790 (par.), *domiet* Cas. 176 (dip.), *metum id* Men. 984 (oct.), *ita in* Cist. 10 (dim.).

In arsi prima : *malo et* Aul. 726 (par.), *ego hoc* Trin. 283 (dim.), *ego in* Rud. 925 a (trip.), *ero ut* Men. 983 (trip. cat.).

In thesi tertia : *propest* Men. 985 (sept.), *ita ut* Most. 94 (dim.).

In arsi tertia : *age hanc* Capt. 790 (par.).

In arsi sexta : *homo aut* Bacch. 617 (oct.).

G. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentem monosyllabam natura longam breviat :

In thesi prima : *ego hic* Cas. 167 (dim.).

In arsi prima : *sibi haec* Trin. 272 (dim.), *ego huic* Curc. 132 (sept.).

H. Monosyllaba brevis insequentis polysyllabae principialem syllabam positione longam breviat :

In thesi prima : *sed Ergasilus* Capt. 788 (dim.), *pol isto* Cist. 8 (dim.), *et istuc* Trin. 246 (dim. hypercat.).

In arsi prima : *quis adventor* Truc. 96 (trim.).

In thesi quinta : *et argentum* Pseud. 1316 (oct.).

In arsi septima : *in incertas* Rud. 187 a (oct.).

I. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentis polysyllabae principialem syllabam positione longam breviat:

In thesi prima : *ubi advorsum* Most. 876 (dim.), *neque indignior* Bacch. 617 (oct.), *ubi istas* Cist. 25 (oct.), *nisi effecero* Pseud. 950 a (par.).

In arsi prima: *ego adflicter* Pseud. 1295 (sept.), *ego illum* Pseud. 1114 a (trip. cat.), *tibi immo* Cas. 634 (trim.), *quasi incudem* Amph. 159 (dim.), *tibi obnoxios* Trin. 269 (par.), *ego omnis* Pers. 760 (oct.).

In thesi tertia: *bene accipere* Pers. 758 b (par.), *bene esse* Pers. 799 (oct.), *fore infidum* Rud. 953 (par.), *bene omnibus* Pers. 775 (oct.), *viri officio* Stich. 13. 14 (dim.).

In arsi tertia: *quidem advorsus* Cas. 208. 209 (sept.)

In thesi quinta : *tibi optemperem* Most. 895. 896 (oct.), *neque unde* Cist. 671 (sept.).

In arsi quinta: *age accumbe* Pers. 768 (sept.).

In thesi sexta: *ego essurio* Cas. 725 (sept.).

In arsi sexta: *loca atque* Rud. 227 (oct.).

In thesi septima : *dabo insidias* Pseud. 593. 594 (sept.).

K. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentis polysyllabae principialem syllabam natura longam breviat :

In arsi prima: *quidem emoriar* Aul. 154 (dim.).

In prima operis parte vidimus syllabam natura longam in vocum exitu modo corripi posse, sed prius compositae vocis membrum eodem modo aliquoties tractari quo separatae voces. Cum *ubĭ-quomque* conferendum est *quidem ĕ-moriar*.

In summa ex exemplis hic collectis nullum est quin cum legibus de iambica correptione supra expositis conveniat. Atque plura hic quoque sunt in thesi quam in arsi : nam centum viginti septem in thesi, octoginta duo in arsi invenimus.

§ 2. — *De synizesi in iambicis vocibus*

His in exemplis synizesis necessario statuenda videtur: *duas* Poen. 1181 in exitu septenarii, *tuom* Pers. 494 b in exitu tripodiae catalecticae, *tuo* Cas. 817 in exitu dimetri, *fui* Pseud. 1112 in exitu paroemiaci (qui paroemiaco v. 1110 respondet), *scio* Bacch. 1086 in caesura octonarii, *ain* Pers. 491 in caesura octonarii, *eum* Pers. 779 in caesura octonarii.

§ 3. — *De cretico pro anapaestico pede vel pro duobus semipedibus posito*

A. Cretica vox, cujus ultima syllaba positione longa est, pro quattuor moris ponitur:

In primo pede : *alterum* Bacch. 1184 b (dim.), *carnufex* Pseud. 950 b (trip. cat.).

In primo secundoque pede: *frigidam* Cist. 35 (dim.), *nubilam* Cist. 210 (par.).

In secundo pede: *expetunt* Most. 861 (par.), Trin. 272 (dim.), *Paegnium* Pers. 818 (par.).

In tertio pede: *Juppiter* Poen. 1191 a (sept.), *oggerit* Truc.

103 b (dim.), *omnium* Trin. 235 (dim.), *quispiam* Cas. 167 (dim.), *venerant* Poen. 1181 (sept.).

In tertio quartoque pede: *proxumum* Cas. 165. 166 (oct.).

In quarto pede: *bdellium* Curc. 101 (dim.).

In quarto quintoque pede: *liberam* Pers. 774 (trim.).

In sexto septimoque pede: *filiam* Epid. 171. 172 (oct.).

B. Cretica vox, cujus ultima syllaba natura longa est, pro quattuor moris ponitur :

In primo pede: *Ballio* Pseud. 599 (par.), *intulit* Truc. 573 (trip.), *repperi* Rud. 925 b (trip. cat.), *temperi* Pers. 768 (sept.), *turbidos* Trin. 298 (dim.).

In primo secundoque pede : *addecet* Most. 902 a (dim.), *auferen* Pseud. 1321 (sept.), *differor* Cist. 209 (dim.), *exeat* Most. 903 (par.), *ilico* Most. 887 (dim.), *improbis* Pseud. 1110 (par.), *prandio* Cist. 10 (dim.).

In secundo pede: *auferas* Pers. 797 (par.), *gutturi* Curc. 140 (dim.), *improbi* Stich. 13. 14 (dim.), *oppido* Curc. 134 (par.).

In secundo tertioque pede : *distrahor* Cist. 209 (dim.), *inbuas* Trin. 294 (dim.), *percoles* Trin. 280 (dim. hypercat.), *servio* Rud. 218 a (par.). *subdole* Cist. 35 (dim.).

In tertio pede : *adsiet* Pseud. 1114 b (dim.), *harpago* Trin. 239 a (dim.), *invidet* Pers. 777 (trim. cat.), *pantices* Pseud. 184 (sept.), *servitus* Amph. 166 (dim.), *temperi* Pers. 768 (sept.), *unice* Stich. 10. 11 (dim.).

In quarto pede: *publicos* Truc. 557 (trim.).

In quarto quintoque pede: *contine* Cas. 635. 636 (trim. cat.).

In quinto pede : *attinet* Rud. 962 (sept.).

In quinto sextoque pede : *gratia* Stich. 327 (sept.), *inprobis* Truc. 553 (oct.).

In sexto pede : *paenitet* Bacch. 1182 (oct.), *vestiat* Cas. 821. 822 (oct. hypercat.).

In septimo octavoque pede: *impera* Trin. 276 (oct. hypercat.).

C. Cretica terminatio, cujus ultima syllaba positione longa est, pro quattuor moris ponitur :

In tertio pede: *stratioticum* Pseud. 603 (sept.).

In quinto sextoque pede: *mundissumum* Truc. 557 (trim.), *obtemperem* Most. 895. 896 (oct.).

D. Cretica terminatio, cujus ultima syllaba natura longa est, pro quattuor moris ponitur:

In primo secundoque pede: *effecero* Pseud. 950 a (par.), *Olympio* Cas. 829 (dim. hypercat.).

In secundo pede: *obnoxios* Trin. 269 (par.).

In quinto sextoque pede: *lubentissumo* Pseud. 1321 (sept.).

E. Creticum initium, cujus tertia syllaba natura longa est, pro quattuor moris ponitur:

In tertio pede: *adplicare* Trin. 270 (dim.).

F. Trochaica vox (vel quae in trochaeum exit) cum monosyllaba positione longa juncta pro quattuor moris ponitur:

In primo pede: *quicquid est* Cas. 635. 636 (trim. cat.).

In secundo pede: *consolandus hic* Bacch. 625 (dim.).

In secundo tertioque pede: *quisquis es* Rud. 955 (par.).

In quinto pede: *facta sunt* Pers. 761 (sept.).

G. Trochaica vox (vel quae in trochaeum exit) cum monosyllaba natura longa juncta pro quattuor moris ponitur:

In primo pede: *unde tu* Pers. 494 a (dim.), *illa me* Cas. 936 b (trip. cat.).

In secundo tertioque pede: *atque me* Pseud. 1315 (sept.).

H. Cretica dactylicave vox (vel quae in creticum exit), cujus ultima syllaba synaloepham patitur, cum monosyllaba positione longa juncta, pro quattuor moris ponitur:

In primo pede: *gloriam et* Trin. 273 (par.), *jurgium hinc* Pers. 797 (par.).

In secundo pede: *gratiam hoc* Trin. 273 (par.).

In secundo tertioque pede: *incipe hoc* Cas. 817 (dim.).

In sexto septimoque pede: *occasio haud* Capt. 208. 209 (sept.).

I. Trochaica vox, cum principiali polysyllabae vocis positione longa syllaba juncta, pro quattuor moris ponitur:

In secundo pede: *atque te interimat* Cas. 752 (trip.).

K. Trochaica vox (vel quae in trochaeum exit), cum principiali polysyllabae vocis natura longa syllaba juncta, pro quattuor moris ponitur:

In secundo pede: *verna natust* Amph. 179 (par.).

In secundo tertioque pede: *esse ducunt* Men. 982 b (par.).

In tertio quartoque pede: *sordere visust* Poen. 1179 b (dim.).

L. Cretica dactylicave vox, cujus ultima syllaba synaloepham patitur, cum principiali polysyllabae vocis positione longa syllaba juncta, pro quattuor moris ponitur:

In quinto sextoque pede: *obviam ignobilis* Pseud. 592 (oct.).

M. Monosyllaba longa, cum iambico polysyllabae vocis initio juncta, pro quattuor moris ponitur:

In quarto pede: *cum machaera* Pseud. 593. 594 (sept.). Hunc versum anapaesticum esse intellexerunt Muellerus, Christius, Goetzius-Schoellius. Nec *machaĕra* metiri licet, quandoquidem syllaba natura longa in media voce corripi non potest. Praepositio autem cum nomine tam arte cohaeret ut *cum machaera* cum *adplicare* (supra, p. 230) vel *perditissumus* (supra, p. 73) conferri possit, sicut *in hoc* (supra, p. 65 eodem modo, quo *abi* similiaque (supra, p. 60 seq.), tractatur.

His exemplis ea quae de cretico pro spondaeo posito supra, (p. 76 seq.) dicta sunt, confirmantur. Nam *bdellium* Curc. 101 in exitu dimetri, *Paegnium* Pers. 818 in secundo paroemiaci pede, *improbi* Stich. 13. 14 in secundo dimetri pede, *vestiat* Cas. 821.822 in sexto octonarii hypercatalecti pede pro dactylo poni non possunt. Nec metiri licet *adplicăre*, vel *verna nătust* vel *esse dŭcunt*.

§ 4. — *De paeone quarto pro uno pede vel duobus semipedibus posito*

Hae voces paeonem quartum efficientes pro anapaesto ponuntur: *lucrifugas* Pseud. 1132, in primo septenarii pede; *maleficum* Pseud. 938, in sexto octonarii hypercatalecti pede, *memineris* Stich. 47, in secundo tertioque paroemiaci pede, *sequimini* Cas. 165. 166, in primo octonarii pede.

A paeone quarto incipit *manipulatim* Pseud. 181 nec necesse est *maniplatim* scribere, quanquam ita fere pronuntiabatur. Vide supra, p. 81 seq.

Ibique regnum Rud. 935 b cum *satellitĕs, quod ecbibit* (supra, p. 82) conferri potest. Nam *ibi* propter iambicam correptionem pro duabus brevibus ponitur, tum *que* sicut Mil. 1072 (supra, p. 75), Pseud. 175 (supra, p. 33), Cist. 672 (supra, p. 220) syncopam patitur.

§ 5. — *De paeone primo pro uno pede vel duobus semipedibus posito*

Men. 368 paroemiacus esse videtur quo dimetrorum series terminatur. Idcirco metiendum est *ir(e) licet.* Confer supra, p. 80.

§ 6. — *De hiatu*

1. His in locis monosyllaba in hiatu corripitur :

In thesi prima : *te amabo* Bacch. 1192 b (par.), *quae ego* Trin. 296 (dim.).

In arsi prima : *qui amat* Truc. 553 (oct.).

In thesi secunda: *di ament* Pers. 492 (sept.), *qui erus* Cas. 734 (dim.), *mi amabo* Curc. 137 (dim.).

In thesi quinta : *tu amas* Cas. 725 (sept.), *ne amicam* Pseud. 231 (sept.), *si erit* Capt. 209 (sept.).

2. Hae monosyllabae littera *m* terminatae non eliduntur :

In thesi prima : *năm ego ibam* Cas. 178 a (dip.).

In arsi prima : *rem amet* Pseud. 1256 b (trip. cat.).

In arsi tertia: *quám ut* Pseud. 1121 (sept.).

In thesi quarta: *dŭm agant* Truc. 103 b (dim.), *quăm abis* Truc. 115 (dim.).

3. Disyllaba vox cujus prior syllaba brevis est et altera in *m* exit ante vocalem immutata servatur Poen. 1181 (sept.) *quidĕm ad nos.*

4. Iambica vox, propter brevem breviantem correpta, ante vocalem pro pyrrhichio ponitur Cas. 644 (trim.) *tibĭ istuc.*

5. Hae polysyllabae voces in *m* exeuntes non eliduntur : *expetam habeo* Cist. 671 (sept.), *evocem hinc intus* Pseud. 1121 (sept.), *miseram habet* Cist. 672 (trim. cat.).

6. Cas. 645 *me* ante *habuisti* non eliditur, nec necesse videtur *med* corrigere.

§ 7. — *De* s *finali*

His in locis syllaba brevis littera *s* terminata ante consonantem positione producitur :

In arsi prima : *strepitus* Amph. 1062 (oct. hypercat.), *tactus* Bacch. 1158 (dim.).

In arsi secunda: *crepitus* Amph. 1062, *oculus* Pers. 765 (oct.), *scelus* Rud. 198 (sept.), *fugiamus* Capt. 208 (oct.).

In thesi tertia: *melius* Pseud. 1121 (sept.), *grandis* Trin. 271 (par.).

In arsi tertia: *sonitus* Amph. 1062, *facinus* Bacch. 641 (sept.), *lepidus* Curc. 114 (dim.).

In thesi quinta: *ne is* Bacch. 1078 (oct.).

In arsi quinta: *ejus* Rud. 198 (sept.), *servos* Bacch. 651 (trim.).

In thesi sexta: *madefacitis* Pseud. 184 (sept.).

Caducae contra litterae *s* certiora sunt exempla Cist. 207 *in amóris 'rota*, in exitu dimetri, et Cas. 934 b (trip. cat.) *intus reliqui :* nam *relĭqui* metiri non licet. Ergo in thesi talis finalis ante consonantem aliquando brevis relinquitur. Confer supra, p. 89.

§ 8. — *De brevi finali in arsi producta*

Brevis finalis in arsi producitur Pseud. 938 (oct. hypercat.) *homine.* Sic enim libris ducibus scripserunt Ritschelius, Fleckeisenus, Muellerus, Goetzius, Goetzius-Schoellius, alii. Nec jure Spengelius *hominem* correxit.

LIBER TERTIUS

De re metrica

§ 1.— *De singularum septenariorum usu*

Septenarius saepissime cum aliis anapaesticis versibus, nonnunquam cum aliis metris jungitur.

1. *Septenarius unus octonarios sequitur*

Multa et certa sunt exempla : Aul. 720, Bacch. 1077, 1091, 1154, 1183, Cas. 208. 209, 228, Cist. 26, Curc. 132, Men. 589, Pers. 171, 492, 768, Poen. 1181, Pseud. 181, 231, 908, 949, Rud. 228.

Quanquam paulo incertiora, haec addenda videntur : Bacch. 641; Capt. 209, Cas. 723, Men. 985, Pers. 761, Poen. 1191 a, Pseud. 184, 593. 594, 1121, Rud. 962.

Bacch. 641 certus est septenarius ; v. 640 autem octonarius esse videtur (vide infra). V. 642 quem Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 92, Spengelius, Goetzius, trajecto *meum* ante *majorem*, an. septenarium esse jusserunt, Goetzius-Schoellius jure trochaicum octonarium constituerunt. Nam septenarius ille caesura caret, trochaicus contra octonarius sine ulla mutatione justus est et trochaicos creticosque versus antecedit.

Capt. 208 et 209 trochaicos octonarios esse censuerunt Hermannus, Fleckeisenus, Klotzius; rectius vero anapaestos discripserunt Reizius, Studemundus, Muellerus, Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Confer supra p. 141. Nam huic loco ubi cretici antecedunt, anapaesti optime conveniunt, quandoquidem sequentes cretici anapaestis quoque (v. 215) terminantur. Atque v. 209, qualis traditus est, justus est an. septenarius et v. 208 an. octonarius.

Cas. 723 an. septenarium et iambicum dimetrum catalecticum A et B ducibus jure discripserunt Goetzius-Schoellius ; nec mi-

nus iambica clausula post hos anapaesticos versus (720-723) convenit quam post sequentes (725-728) trochaici. Atque inter v. 720-723 et 725-728 quaedam esse videtur responsio, quandoquidem una ex parte tres sunt octonarii et unus septenarius, altera unus septenarius et tres octonarii. Nam v. 719 antecedentis scenae clausula est.

Men. 985, etsi locus in libris corruptus est et varie ab editoribus corrigitur, tamen plerique an. septenarium constituendum esse consensuerunt.

Pers. 761, tradita verba servari posse videntur, nam *facta sunt* sicut creticae voces pro anapaestico pede admittitur nec necesse est octonarium restituere.

Poen. 1191 a, vide supra, p. 135.

Pseud. 184, an. septenarium B duce jure constituit Spengelius. Nam sicut in versibus antecedentibus (174-181) octonarios sequitur unus septenarius, ita hic octonariorum series septenario convenienter terminatur.

Pseud. 593. 594, Ambrosiani discriptionem, a qua B ideo tantum differt quod versus longior erat, servare oportet et servaverunt Muellerus, Christius, Goetzius-Schoellius, an. septenarium constituentes quem certus antecedit octonarius.

Pseud. 1121, dubium videri potest utrum A duce an. septenarius discribendus sit an B duce an. dimeter et paroemiacus. Nam si quis *quam út hŏc* pro *quam ut hōc* metiatur, hiatus sit post *pultem*, quo dimetrorum separatio probabilis fiat, non tamen necessaria. Cum vero v. 1120 propter A et B consensum certus sit octonarius, septenarium cum Goetzio, Goetzio-Schoellio discribere satius est. Ceterum Veteris Codicis discriptio ideo fidem non habet quod v. 1122 (*Leno argentum hoc*) praecedenti adhaeret: nam sane a librario longior versus et versiculus primum juncti sunt, deinde in duas partes fere aequas separati.

Rud. 962 septenarium recte discripserunt Goetzius-Schoellius. De v. 930-961 quos dimetros esse voluerunt Spengelius, Sonnenscheinius, Goetzius-Schoellius, vide supra p. 94.

2. *Septenarius octonarios antecedit*

Cas. 725 an. septenarius iambicum dimetrum catalecticum sequitur et an. octonarios tres antecedit. Vide supra.

Pseud. 1321 an. septenarius tres octonarios antecedit sicut postea tres septenarios (1325-1327) octonarius sequitur.

Pseud. 1315 septenarius octonarium antecedit quem paroemiaci sequuntur.

3. *Septenarius cum dimetris, vel cum paroemiacis, vel cum octonario hypercatalecto, vel cum trimetro catalectico jungitur*

Bacch. 1173 septenarius paroemiacum et dimetrum sequitur dimetrumque antecedit.

Bacch. 1199 septenarius paroemiacum et dimetrum sequitur paroemiacumque antecedit.

Pseud. 603 septenarius octonarium hypercatalectum sequitur.

Truc. 114 paroemiacos duos sequitur, quos octonarii antecedunt.

Cist. 671 sine dubio septenarius est qui cum trimetro catalectico jungi videtur. Vide infra.

4. *Septenarius cum bacchiacis jungitur*

Rud. 198 certus est septenarius qui e bacchiacis (et iambicis) ad creticos (et trochaicos) transitum facit.

Truc. 714, locus in libris corruptus est et ab editoribus varie correctus est. Inter quos Spengelius trochaicum octonarium restituit, melius Schoellius anapaesticum septenarium, qui anapaestico octonario certo v. 711 respondere videtur, sicut quattuor bacchiaci 715-718 duobus bacchiacis 712-713.

5. *Septenarius cum creticis jungitur*

Pseud. 1295 an. septenarium A duce constituerunt Goetzius, Goetzius-Schoellius, quem creticus dimeter cum trochaica tripodia catalectica antecedit, creticus tetrameter sequitur.

§ 2. — *De singulorum septenariorum formis*

Quod de continuorum septenariorum formis supra (p. 102) dictum est, idem in singulos septenarios cadit. Nec ullus est qui legitima caesura careat. Nam Pseud. 593. 594, 603, 1121, Rud. 962 caesura non deest, sed propter synaloepham latet.

§ 3. — *De singulorum octonariorum usu*

Sicut jam supra p. 93 seq. vidimus, octonarii modo cum aliis anapaesticis versibus, modo cum aliis metris junguntur.

1. *Octonarium sequitur unus septenarius*

Exempla certa sunt : Bacch. 1076, 1182, Cas. 206. 207, Cist. 25, Men. 588, Pers. 491, Pseud. 230, Rud. 227.

Bacch. 640 alii octonarium, alii septenarium iisdem verbis discripserunt; potius tamen octonarius, admisso hiatu in caesura, constituendus esse videtur : nam ita pronomini *hunc* in initio prioris hemistichii collocato *huic* in initio alterius melius respondet et verborum jactantiae exprimendae octonarius magis idoneus esse videtur.

Men. 984 an. octonarium jure discripserunt Schoellius, Niemeyerus, Goetzius-Schoellius. De septenario v. 985 vide supra, p. 235.

Pers. 760, Pseud. 592, 1120 certi sunt octonarii. De septenariis Pers. 761, Pseud. 593. 594, 1121, vide supra, p. 235.

2. *Octonarius septenarios vel antecedit vel sequitur*

Bacch. 1078 octonarius septenarium sequitur et septenarios duos antecedit.

Cas. 210. 212 octonarius septenarium sequitur.

Pers. 496 octonarium septenarii duo sequuntur.

Pers. 769 octonarius septenarium sequitur et septenarios tres antecedit.

Pseud. 232 octonarius septenarium sequitur et septenarios septem antecedit.

Pseud. 1328. 1329 octonarius septenarios tres sequitur. Confer supra, pp. 18, 92.

Cas. 239 an. octonarium jure, ut videtur, discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius. Spengelius autem et Klotzius iisdem verbis trochaicum octonarium constituerunt. Nec dubitari potest quin trochaici octonarii sequantur, sed antecedentes versus (237, 238) an. septenarii sunt, et in hoc versu verba ad anapaesticam mensuram melius quam ad trochaicam accommodantur.

3. *Octonarius cum dimetris, vel cum paroemiaco, vel cum tripodia catalectica, vel cum dimetro hypercatalecto, vel cum octonario hypercatalecto, vel cum trimetro jungitur*

Cas. 165. 166 octonarius dimetrum antecedit.

Cas. 819. 820 octonarium sequitur octonarius hypercatalectus.

Ep. 171. 172 octonarius tripodiam catalecticam sequitur.

Most. 862 octonarius paroemiacum sequitur.

Pseud. 241 octonarius paroemiacum sequitur, dimetrum et paroemiacum antecedit.

Bacch. 1086 octonarius dimetrum hypercatalectum sequitur, de quo vide infra. Cum v. 1087 aliud canticum incipit.

Most. 888 octonarium inter duos dimetros, servata Veteris Codicis discriptione, constituerunt Schoellius, Goetzius-Schoellius.

Most. 895. 896 octonarius reizianos versus sequitur, de quibus vide infra.

Pers. 493 octonarium sequi videtur dimeter cum duabus tripodiis catalecticis. Vide supra, p. 116, 134.

Pers. 775 octonarium B duce discribo, quem an. trimeter cum iambico dimetro junctus antecedit et an. trimeter catalecticus cum iambico dimetro similiter junctus sequitur :

Pers. 773 b iamb. dimeter
774 an. trimeter
775 an. octonarius
776 iamb. dimeter
777 an. trimeter catalecticus

Pers. 799 octonarius dimetrum cum tripodia catalectica junctum sequitur et paroemiacum antecedit, sicut Pers. 795-796 duo octonarii dimetrum cum tripodia catalectica junctum sequuntur et paroemiacum antecedunt. Horum igitur versuum manifesta videtur responsio :

Pers. 794 a an. dimeter
b an. tripodia catalectica
795-796 an. octonarii duo
797 paroemiacus

Pers. 798 a an. dimeter
b an. tripodia catalectica
799 an. octonarius
800 paroemiacus

Truc. 558 an. octonarius paroemiacum et an. trimetrum sequi videtur. Confer infra.

4. *Octonarius cum bacchiacis jungitur*

Bacch. 617 octonarius an. dipodiam sequitur et bacchiacos tetrametros duos antecedit.

Pseud. 580 octonarius bacchiacos tetrametros duos antecedit quos an. octonarius Pseud. 583 sequitur. De hoc cantico vide supra, p. 96.

Truc. 553 octonarius bacchiacos sequitur et bacchiacos antecedit.

Truc. 711 octonarius bacchiacos tetrametros duos antecedit quos an. septenarius (v. 714) sequitur.

Capt. 509 an. octonarium esse intellexerunt Winterus et Skutschius, quem sequitur bacchiaci numeri continuatio.

Pseud. 1264 an. octonarium jure discripserunt Spengelius et Goetzius, qui duos bacchiacos trimetros catalecticos (1258 et 1262) et bacchiacum tetrametrum catalecticum sequitur. Nam v. 1259-1261 ab hoc loco alienos esse animadverterunt Ussingius et Goetzius; jamque Ritschelius putaverat infinitivos *propinare, esse, uti* e v. 1258 pendere. Nec solum syntaxis sed etiam metrum versum 1258 versibus 1262 seq. continuari docet.

5. *Octonarius cum iambicis jungitur*

Cas. 719 an. octonarius iambicos sequitur eoque versu canticum concluditur. Nam cum v. 720 aliud canticum incipit, de quo vide supra, p. 235.

§ 4. — *De singulorum octonariorum formis*

In caesura syllaba anceps admittitur Cist. 25, Pseud. 230, itemque hiatus Pseud. 232, utrumque autem simul Pseud. 230.

Synaloepha contra hemistichia junguntur Pseud. 241, 1316, ideoque caesura latet, sed nullum hic est exemplum in quo omnino desit legitima caesura.

§ 5. — *De singulorum dimetrorum usu*

1. *Dimetrum sequitur paroemiacus*

Cist. 211. 212 an. dimeter discribendus esse videtur potius quam an. dipodia et duae dipodiae catalecticae, quanquam alterum *Ubi* sicut prius majuscula littera in B scribitur, quod priscae discriptionis vestigium Schoellio visum est. Nam in eodem versu *Ibi* quoque majuscula littera perperam scribitur. V. 213 autem certus est paroemiacus nec dubium est quin v. 209 dimeter sit et v. 210 paroemiacus.

Aul. 154 an. dimetrum esse puto et v. 155 paroemiacum. Hi anapaestici versiculi iambicos dimetros duos sequuntur, quibus postea iambicus dimeter cum iambica tripodia catalectica respondet, sicut anapaesticis versiculis reiziani versus respondent, scilicet iambici dimetri cum anapaestica tripodia catalectica. Vide infra.

Trin. 270. 272 an. dimetros et 271. 273 paroemiacos jure, ut videtur, constituit Spengelius; nam nullum aliud metrum melius quam anapaesticum traditis verbis convenit et antecedentes versus et sequentes anapaesticos esse constat.

2. *Dimetrum sequitur dimeter hypercatalectus*

Stich. 10. 11 an. dimetrum et v. 12 dimetrum hypercatalectum itemque v. 13. 14 an. dimetrum et v. 15 dimetrum hypercatalectum A et B ducibus discripsit Spengelius.

Trin. 240 b sine dubio an. dimeter est quem dimeter hypercatalectus sequitur. Vide infra.

3. *Dimeter paroemiacum sequitur*

Certa esse videntur haec exempla: Bacch. 1172 b, 1184 b, 1198 b, Cas. 647, Most. 902 a, Poen. 1179 b, Truc. 568.

Bacch. 1151 paroemiacum et dimetrum B contraxit, sed neque octonarium addito <*si*> restituere necesse est neque septenarium caesura carentem constituere decet.

Cas. 221 unus versus est in B, sed paroemiacum et dimetrum separare, ut videtur, praestat, quam septenarium constituere legitima caesura carentem.

4. *Dimeter cum septenariis vel octonariis jungitur*

Bacch. 1158 et 1174 et 1179 inter septenarios inseritur dimeter.

Cas. 205 dimeter octonarium antecedit.

Curc. 140 dimeter octonarios (v. 138, 139) sequitur, quos sane an. dimeter (v. 137) antecedit. Nam Curc. 137, trajecto *amabo* ante *ne plora*, justus fit an. dimeter. Neque trochaicum dimetrum cum Fleckeiseno, Goetzio, Goetzio-Schoellio constituere decet, quandoquidem dactylus *Phaedrome* in trochaico versu non admittitur neque cum Klotzio *plorǎ amabo* metiri. Itaque v. 137 et 138 versibus 139 et 140 cum chiasmo respondent :

{ 137 an. dimeter
{ 138 an. octonarius
{ 139 an. octonarius
{ 140 an. dimeter

Pers. 773 a an. dimetrum jure discripserunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, quem certi antecedunt septenarii.

5. *Dimeter cum anapaestica dipodia jungitur*

Cist. 207 an. dimeter est, 208 an. dipodia. Tum sequitur an. dimeter cum paroemiaco. Vide supra. Hoc igitur est systema, in quo, sicut in anapaesticis Graecorum systematibus, dipodia inseritur.

Cas. 203 a sane an. dimeter est, v. 203 b an. dipodia, v. 204 paroemiacus. In B quidem dimeter et dipodia uno versu scribuntur, sed hiatu separantur.

Item Most. 334 an. dimetrum, v. 335 a an. dipodiam, 335 b paroemiacum jure discripsit Klotzius : B autem dipodiam et paroemiacum contraxit.

6. *Dimeter cum anapaestica tripodia jungitur*

Truc. 448-451 an. dimetrum cum an. tripodia junctum bis habemus, modo *cruciantur* pro *cruciant* cum Camerario, Studemundo, Spengelioque poscente sententia corrigamus et *male*

conmentum cum Brixio trajiciamus. Ea enim discriptio cum Veteris Codicis discriptione convenit, nisi quod B versiculos binos contraxit. Sequitur autem an. trimeter cum an. tripodia.

7. *Dimeter cum an. tripodia catalectica jungitur*

Pers. 494 a dimeter cum duabus an. tripodiis catalecticis jungitur, de quibus vide supra, pp. 116, 134; tum Pers. 495 a dimeter cum an. tripodia catalectica jungitur. Atque versiculi Pers. 495 a, b, a Dordalo dicti, versiculis Pers. 494 a, b, c, a Toxilo dictis, respondent.

Item Pers. 794 a, b et Pers. 798 a, b inter se respondent sicut supra, p. 238, ostenditur, eademque voce (*At*) Pers. 794 a et Pers. 798 a incipiunt. Nec necesse est v. 794 ducibus Muellero et Spengelio et Schoellio octonarium restituere; nam sententia nihil desiderat. Tum huic conjecto defectui, qui ex archetypi fissura quadam penderet, respondere deberet simile initii versus cujusdam detrimentum in altera paginae parte scripti: nec tale quidquam invenitur.

Bacch. 635 seq. versiculorum responsio manifesta est:

Bacch.	635 a	an. dimeter.
	635 b	an. tripodia cat.
	636	paroemiacus
	637 a	an. dimeter
	637 b	an. tripodia cat.
	638 a	paroemiacus

Hos sex versiculos B quattuor versibus contraxit. Ac tamen Codicis Veteris distinctio cum hac bis convenit (post v. 636 et v. 638 a). Multo minus B discriptionem respexerunt Spengelius et Goetzius.

Men. 351, Cas. 734, sicut Pers. 494 a, dimeter cum duabus tripodiis catalecticis jungitur. Vide supra, pp. 114 seq., 134.

Pseud. 1114 b an. dimeter an. tripodiam catalecticam sequitur et trochaicam tripodiam catalecticam antecedit. Hi tres versiculi duobus versibus in B contracti sunt. Nec ulla mutatione ita opus est. Trochaica autem tripodia catalectica ante creticos dimetros cum trochaicis tripodiis catalecticis junctos (v. 1116-1117) convenienter ponitur.

Item Aul. 146 an. dimeter an. tripodiam catalecticam sequitur. Confer infra.

8. *Dimeter anapaesticos trimetros catalecticos sequitur*

Curc. 97 b an. dimetrum, cui in B v. 98 a adhaesit, separaverunt Spengelius, Goetzius-Schoellius. De antecedentibus trimetris catalecticis vide supra, pp. 118, 137.

9. *Dimeter cum bacchiacis jungitur*

Aul. 146 dimeter an. tripodiam catalecticam sequitur, de qua vide infra, sed altera ex parte bacchiacos tetrametros duos antecedit quos an. octonarii duo sequuntur.

Cas. 841 dimeter bacchiacos tetrametros duos sequitur, sicut postea bacchiacum tetrametrum sequuntur an. tripodiae catalecticae. Vide supra, p. 135.

Cist. 8, 10 an. dimetros esse constat et cum bacchiacis tetrametris singulis alternare.

Item Capt. 498, 501 an. dimetros cum bacchiacis tetrametris singulis alternare intellexit Brixius.

Most. 89 a, 94, 123 an. dimetri singuli inter bacchiacos tetrametros similiter inseruntur atque harum periodorum certa est responsio:

Most. 85-88	bacch. tetrametri
89 a	an. dimeter
89 b	bacch. tetrameter
90	iamb. dimeter catalecticus
91-93	bacch. tetrametri
94	an. dimeter
95-97	bacch. tetrametri
98	iamb. dimeter catalecticus
120-122	bacch. tetrametri
123	an. dimeter
124-126	bacch. tetrametri
127	iamb. dimeter catalecticus

Rud. 919 an. dimeter bacch. tetrametros sequitur et iamb. octonarium antecedit.

Capt. 788 an. dimeter bacchiacum tetrametrum antecedit quem sequitur paroemiacus.

Curc. 114 an. dimeter creticum dimetrum sequitur et bacchiacos tetrametros antecedit.

Cist. 35 an. dimetrum inter bacchiacos tetrametros constituerunt Spengelius, Schoellius. Confer Cist. 8, 10.

Pseud. 1250, B duce, qui quidem v. 1250 et 1251 contraxit, sed in medio versu majusculam litteram *Pedes*, verae discriptionis testem servavit, an. dimetrum jure separaverunt Spengelius Goetziusque. Qui a creticis ad bacchiacos transitum facit.

10. *Dimeter cum creticis jungitur*

Bacch. 1116 an. dimetrum creticae periodi clausulam esse intellexerunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Curc. 101 an. dimetrum jure constituit Spengelius, qui creticos tetrametros sequitur et iambicum septenarium antecedit.

Jam supra signati sunt dimetri Curc. 114 et Pseud. 1250 creticos sequentes.

11. *Dimeter cum trochaicis jungitur*

Cas. 815, 817, 823 an. dimetros esse et cum singulis trochaicis tripodiis jungi intellexerunt Schoellius Klotziusque.

Item Amph. 159, 161 an. dimetros jure, ut videtur, discripsit Seyffertus, cum trochaicis tripodiis alternantes.

Pseud. 591 an. dimetrum A et B ducibus discripserunt Bergkius, Christius, Goetzius, Goetzius-Schoellius : qui troch. octonarium sequitur. De hujus cantici concinna compositione vide supra p. 96.

Bacch. 638 b troch. septenarius est et v. 639 an. dimeter. Ceterum v. 640 an. octonarius est, sed cum v. 640 aliud canticum incipit.

Truc. 115 an. dimeter discribendus esse videtur potius quam iambicus dimeter. Nam antecedentes versus anapaestici sunt. Sed v. 115 dialogi inter Astaphium et Diniarchum initium est, sequuntur autem duae trochaicae tripodiae catalecticae.

12. *Dimeter cum iambicis jungitur*

Bacch. 625 an. dimetrum jure discripserunt Spengelius Goetziusque, quem iambici dimetri catalectici quattuor sequuntur.

§ 6. — *De singulorum dimetrorum formis*

Klotzius jure sane contendit (*Grundz.*, p. 283) ita modo dactylum (vel proceleusmaticum) in secundo dimetri pede una voce vel polysyllabae vocis terminatione effici posse si primi pedis arsis solvatur. Nam Trin. 239 a *Blandiloquentulus* dactylicam terminationem in secundo pede praebet quae ideo legitima esse videtur quod primus pes quoque dactylus est.

§ 7. — *De singulorum paroemiacorum usu*

1. *Paroemiacus an. dimetros sequitur*

Vide supra, pp. 97, 240.

2. *Paroemiacus an. octonarios sequitur*

Ut post dimetros, ita post octonarios clausulae vice fungi potest paroemiacus. Exempla certa sunt : Aul. 726, Pseud. 599. Nec dubium esse videtur quin Rud. 933 a paroemiacus sit et antecedentes versus anapaestici sint octonarii. Nam neque an. octonarium corrigendo restituere neque septenarium caesura carentem facere decet.

Pers. 797 paroemiacus an. octonarios duos sequitur pariterque Pers. 800 paroemiacus an. octonarium sequitur. De his periodis inter se respondentibus vide supra, p. 238.

Rud. 187 a an. octonarium et 187 b paroemiacum jure constituerunt Schoellius, Seyffertus, Sonnenscheiniusque. Male autem Spengelius an. trimetros duos fecit, addito <*errare*> ante *in incertas* ubi nulla est lacuna.

3. *Paroemiacus an. septenarios sequitur*

Exempla certa sunt : Bacch. 1166, 1192 b, 1200. Septenarios quoque sequuntur Bacch. 1151 a, 1172 a, 1184 a, 1198 a, sed cum dimetris quos antecedunt potius cohaerere videntur.

4. *Paroemiacus an. trimetrum sequitur*

Truc. 566 sine dubio an. trimeter est et v. 567 paroemiacus.

Most. 861 paroemiacum jure discripserunt Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius. De v. 860 qui an. trimeter esse videtur, confer infra.

Rud. 186, cum ad v. 185 similitudinem conformandum esse putarent, versus reizianum restituerunt Seyffertus, Sonnenscheinius, Schoelliusque, an. trimetrum Spengelius. Sed quae Spengelius addit lacunam in libris signatam excedunt. Reizianus autem hic versus fieri non potest nisi mutato exitu : itaque *acerbitatum* pro *acerbum* reponunt Seyffertus Sonnenscheiniusque, <*vis*> post *iis* addit Schoellius. Anapaesticus vero sane est sicut v. 185 et v. 187 seq., sed brevior ut ex B dispositione apparet. Nec quidquam amplius nisi <*quam*> postulat sententia, nec necesse est spatium vacuum omnino implere quod novem vel decem litterarum capax esse videtur : nam versiculorum initium paulo longius a margine scribi solet.

5. *Paroemiacus an. tripodiam catalecticam sequitur*

Cas. 173 paroemiacus esse videtur, quem an. dipodia cum tripodia catalectica juncta antecedit itemque an. dipodia cum tripodia catalectica ter juncta sequitur. Confer supra, p. 131.

Bacch. 636 paroemiacus sane est et an. tripodiam catalecticam sequitur similisque est v. 638 a. Vide supra, p. 242.

Men. 982 b paroemiacus esse videtur et an. tripodiam catalecticam sequi et an. tripodiam catalecticam etiam antecedere.

6. *Paroemiacus bacchiacos tetrametros sequitur*

Amph. 177 paroemiacum recte discripserunt Spengelius et Goetzius-Schoellius et v. 176 sine dubio bacchiacus tetrameter est. Tum versui 176 v. 178 similis est itemque versui 177 v. 179. Nam v. 179 paroemiacus quoque esse videtur, servata librorum memoria, modo creticus *verna na-* sicut *digna di-* Poen. 1177 (oct.) anapaestici pedis vice fungatur. Vide supra, p. 75.

Amph. 574 paroemiacum discripserunt Spengelius, Christius, Goetzius-Loewius, Goetzius-Schoellius : qua clausula bacchiacorum tetrametrorum series (551-573) terminatur.

Pers. 818, quem trochaicum dimetrum faciebant Seyffertus et Studemundus, paroemiacum agnoverunt Spengelius Schoelliusque. V. 817 autem sane bacchiacus tetrameter est sicut v. 813-816.

Truc. 556 a paroemiacus discribendus esse videtur. Nam, sicut Amph. 176-179, anapaesti cum bacchiacis alternant : v. 553 enim an. octonarius est et inter bacchiacos inseritur. Sequitur autem an. trimeter de quo infra dicetur.

7. *Paroemiacus creticos sequitur*

Pers. 758 b, 759 b paroemiacos cum creticis tetrametros alternantes jure discripserunt Hermannus, Studemundus, Muellerus, Spengelius, Schoellius, Goetzius-Schoellius. B versiculos binos contraxit.

Item Curc. 134, 136 paroemiacos cum creticis tetrametris alternare intellexit Spengelius. Nec jure v. 134 trochaicum dimetrum fecerunt Fleckeisenus, Goetzius, Goetzius-Schoellius. Nam v. 134 et 136 manifesto sicut v. 133 et 135 inter se respondent. V. 136 autem trochaicus dimeter fieri nisi correctus non potest.

Pseud. 1297 paroemiacum recte discripserunt Spengelius, Goetzius, Goetzius-Schoellius, qui creticum tetrametrum sequitur.

Pseud. 1112. Muellero, *Add.*, p. 142, partim assentior qui v. 1111 creticum tetrametrum et v. 1112 an. dimetrum fecit. V. 1112 autem paroemiacus potius discribendus esse videtur. Nam v. 1110 qui paroemiacus est versui 1112 respondet sicut v. 1109 versui 1111 fere similis est, quippe qui e duabus trochaicis tripodiis catalecticis constet. De synizesi *fui* vide supra, p. 228.

Pseud. 1278 b anapaesticam clausulam agnoverunt Goetzius, Goetzius-Schoellius. Quam, si tradita verba servantur, creticus tetrameter antecedit.

8. *Paroemiacus trochaicas tripodias catalecticas sequitur*

Pseud. 1110 paroemiacus trochaicas tripodias catalecticas duas sequitur, qui versus cretici tetrametri quodam modo vicarius est. Vide supra.

Men. 763 a creticum dimetrum cum trochaica tripodia cata-

lectica et v. 763 b paroemiacum recte discripsit Schoellius. Ea periodi clausula est, quae numerorum mutatione personae curam et sollicitudinem exprimit:

v. 761 bacch. tetrameter
762 a bacch. dimeter cum iamb. tripodia catalectica
762 b bacch. tetrameter catalecticus
763 a cret. dimeter cum troch. tripodia catalectica
763 b paroemiacus

Quod non perspexit Spengelius, qui bacchiacos tetrametros continuos restituit.

Rud. 953, 955 paroemiacos cum singulis trochaicis tripodiis catalecticis alternare animadvertit Spengelius. Nam cum v. 951 e cretico dimetro et trochaica tripodia catalectica componi et v 956 seq. anapaesticos esse constet, nihil concinnius est quam e creticis ad anapaestos per trochaicas tripodias catalecticas et paroemiacos alternantes transitum fieri.

Quanquam paroemiacus cum antecedentibus versibus plerumque cohaeret et clausulae partes defendit, nonnunquam tamen cum sequentibus conjungitur.

9. *Paroemiacus an. dimetros vel octonarios antecedit*

De anapaestico dimetro paroemiacum sequente supra, p. 240, dictum est.

Pers. 490 paroemiacus an. octonarium antecedit et anapaesticam periodum aperit.

10. *Paroemiacum an. tripodia catalectica sequitur*

Cas. 959 paroemiacum et v. 960 an. tripodiam catalecticam agnovit Klotzius, sed libris ducibus uno versu comprehendit. At v. 958 et v. 962 an. tripodiae catalecticae sane separandae sunt. Jure autem <*me*> inter *protinam* et *et* facile omissum, poscente sententia, addiderunt Camerarius Klotziusque. Neque probabilis videtur Goetzii-Schoellii discriptio, qui *me* non addiderunt.

Men. 982 b paroemiacus, ut videtur, inter an. tripodias catalecticas duas inseritur.

Pseud. 950 paroemiacum et an. tripodiam catalecticam nulla mutatione facta discribo. Nec ullam correctionem sententia poscit.

Rud. 218 paroemiacum et an. tripodiam catalecticam jure dispescuit Sonnenscheinius.

11. *Paroemiacum iambica tripodia catalectica sequitur*

Amph. 168, 172 paroemiacos cum iambicis tripodiis catalecticis junctos agnovit Seyffertus, qui de hujus metri usu Plautino non dubitandum esse contendit. Atque hi versus inter se respondent et inter eos tres iambici dimetri cum iambicis tripodiis catalecticis juncti inseruntur. Bentleyus quidem et Christius et Havetus v. 168 et 172 una cum v. 169-171 sotadicos fecerunt. Sed v. 169 *adeost* pro tradito *adest* sententia poscit, quo sotadicum metrum excluditur.

§ 8. — *De singulorum paroemiacorum formis*

Quod supra, p. 245, de Trin. 239 a *Blandiloquentulus* dictum est, idem cadit in Poen. 1179 a *Arabius murrinus*. Dactylus *murrinus* in secundo pede ideo admitti potest quod primi pedis arsis solvitur. Idcirco Palatinorum lectio *Arabius* Ambrosiani lectione *Aràbus* potior est.

Supra, p. 130, adn., exempla certa signata sunt e quibus apparet Klotzium erravisse cum contenderet si paroemiaci monosyllaba terminarentur, tertiam thesem ex longa constare non potuisse. Haec exempla addenda sunt : Bacch. 1168 b, Stich. 38.

§ 9. — *De singulis dipodiis*

1. *Dipodia cum anapaesticis dimetris jungitur*

Jam supra, pp. 98, 241, de anapaestica dipodia inter dimetros vel inter dimetrum et paroemiacum inserta dictum est.

Trin. 240 a et 248 an. dipodia dimetros antecedit simulque in utroque loco iambicum dimetrum sequitur. Sic enim, munita librorum memoria, Klotzius v. 239 b et 240 a discripsit similesque versiculi Trin. 247 et 248 constituendi videntur.

2. *Dipodia cum anapaesticis tripodiis catalecticis jungitur*

Stich. 2 b dipodiam tripodia catalectica sequitur, sicut Stich. 1-2 a et Stich. 6-7 a ternas dipodias tripodiae catalecticae singulae bis sequuntur. Vide supra, p. 130.

Cas. 171, 174, 176, 178 a dipodias singulas singulae tripodiae catalecticae quater sequuntur. Sic enim hic locus discribendus videtur :

{ Cas. 171 an. dipodia
{ 172 an. tripodia catalectica

173 paroemiacus

{ 174 an. dipodia
{ 175 an. tripodia catalectica

{ 176 an. dipodia
{ 177 an. tripodia catalectica

{ 178 a an. dipodia
{ 178 b an. tripodia catalectica

{ 179 a, b an. dipodiae
{ 180, 181 an. tripodiae catalecticae

Sic enim concinne compositam periodum habemus. Tum haec discriptio et cum A et cum B magna ex parte convenit. Nam Ambrosianus cum B in eo consentit quod post *salve* (v. 171) distinguit. Ceteros autem versiculos A binos, B ternos contraxit.

Men. 353 an. dipodia inter an. tripodias catalecticas inseritur. Nam Men. 352 tripodiae catalecticae duae separandae videntur, de quibus confer supra, p. 116, 134. Tum v. 354 quoque tripodia catalectica est, cum v. 353, quae dipodia est, uno versu in B scripta. Nec lacuna hic statuenda est, quandoquidem nihil amplius nec sententia nec metrum desiderat.

3. *Dipodia cum anapaesticis dipodiis catalecticis jungitur*

Cas. 731 Ambrosiano duce an. dipodiam separavit Klotzius, quam duae sequuntur an. dipodiae catalecticae. Vide supra, pp. 112, 132.

4. *Dipodia cum an. octonario vel septenario jungitur*

Bacch. 616 b an. dipodia separanda videtur. Nam v. 615 B duce trochaicum septenarium constituere decet neque quidquam delendum est. Tum v. 616 a, quanquam paroemiacus esse potest, potius iambicus dimeter catalecticus est, quae clausula post trochaicos optime convenit. Alia autem periodus cum v. 616 b incipit, quem an. octonarius sequitur, tum bacchiaci creticique.

Pseud. 1122 an. dipodiam A duce discripserunt Goetzius-Schoellius, quae an. septenarium sequitur et ad trochaicos bacchiacosque transitum facit.

§ 10. — *De singulis tripodiis*

1. *Tripodia cum an. tripodia catalectica jungitur*

Cas. 163 b an. tripodiam duae tripodiae catalecticae sequuntur, sicut paulo ante an. tripodias duas (v. 161-162) sequitur tripodia catalectica. Vide supra, p. 132, 133.

Cas. 752 tripodiam A duce discripserunt Goetzius-Schoellius, quam quinque tripodiae catalecticae sequuntur. Tum iterum v. 756 a tripodia tripodias catalecticas quinque antecedit. Vide supra, p. 133.

Rursus Cas. 954 tripodia tripodias catalecticas quattuor sequi videtur, de quibus confer supra, p. 134.

Rud. 925 a an. tripodiam, v. 925 b an. tripodiam catalecticam, tum v. 926 seq. an. octonarios facio, qua discriptione tradita verba servantur integra. In B prior versiculus separatur, alteri adhaesit initium sequentis versus qui longior est.

Truc. 102 seq. nulla alia discriptio probabilior videtur quam si an. tripodia (v. 102), tum an. tripodia catalectica (v. 103 a), denique an. dimeter (v. 103 b) separantur. Nec male an. tripodia et tripodia catalecta post an. trimetros (v. 96, 98-99) et trimetros catalecticos (v. 95, 97,) et tripodiam catalecticam (v. 100) ad metricam concinnitatem conveniunt. In B v. 102 cum superiore versu (101 b), qui quidem iambicus dimeter catalecticus est, conjungitur et v. 103 a cum v. 103 b uno versu scribitur.

2. *Tripodia cum an. dimetris jungitur*

Cist. 206 an. tripodia, quae a Goetzio-Schoellio recte separata est, in initio anapaestici systematis ex dimetro et dipodia et dimetro et paroemiaco constantis ponitur.

Item Cas. 890 sane tripodia est; nam alterum *jam* delendum est: haec verbi *jam* post *magis* repetitio sane ex eo orta est quod *magis jam* in sequenti versiculo invenitur. Ea tripodia, sicut Cist. 206, in initio anapaestici systematis collocatur.

Dimetrum contra sequitur tripodia Truc. 449 itemque Truc. 451. Confer supra, p. 241.

3. *Tripodia cum an. trimetro jungitur*

Truc. 453 cum an. trimetrum sane sequatur, an. tripodiam constituere satius est quam iambicum dimetrum catalecticum. Anapaestos enim esse animadverterunt Spengelius, Goetzius-Schoellius, sed neglecta distinctione versuum quam B exhibet, trimetros duos fecerunt.

Truc. 573 an. tripodia B duce separanda esse videtur, quam an. trimeter antecedit.

§ 11. — *De singulis tripodiis catalecticis*

1. *Tripodia catalectica cum an. dipodiis jungitur*

Stich. 2 a, 7 a tripodiae catalecticae singulae ternas dipodias bis sequuntur, Stich. 2 c, Cas. 172, 175, 177, 178 b, Men. 354 singulas dipodias singulae sequuntur tripodiae catalecticae. Vide supra, p. 130, 250.

2. *Tripodia catalectica cum an. tripodiis jungitur*

Cas. 163 a tripodia catalectica tripodias duas sequitur. Item Pseud. 1255 tripodia catalectica post tripodias tres tanquam clausula collocatur. Rud. 925 b et Truc. 103 a tripodias catalecticas singulas singulae antecedunt tripodiae. Vide supra, pp. 132, 251.

3. *Tripodia catalectica cum an. dimetris jungitur*

De tripodiis catalecticis singulis cum singulis dimetris junctis supra, p. 242, dictum est.

Cist. 217 tripodia catalectica dimetros tres sequitur et paroemiacos tres antecedit.

4. *Tripodia catalectica cum paroemiaco jungitur*

Vide supra, p. 246.

5. *Tripodia catalectica cum an trimetro jungitur*

Bacch. 651 an. trimetrum et v. 652 an. tripodiam catalecticam discribere decet. Nam si verba *multipotens pectus*, quae libri versui 653 applicaverunt, Spengelio et Goetzio ducibus in v. 651 asciveris, an. octonarium legitima caesura carentem habebis.

6. *Tripodia catalectica cum an. octonariis jungitur*

Poen. 1189 a tripodiam catalecticam separo inter an. octonarios insertam. Ita si discribitur, verba libris tradita nec, quod ad sententiam vel ad grammaticam rationem attinet, suspecta, servari possunt. Hic versiculus paulo ante ejus cantici exitum collocatus proximam finem praenuntiare videtur : nam illud canticum tripodiis catalecticis duabus terminatur.

7. *Tripodia catalectica cum iambicis jungitur*

De versu qui dicitur reizianus separatim infra dicetur.

Pseud. 141 non dubium est quin an. tripodia catalectica iambicum octonarium sequatur, quanquam ambigitur utrum Ambrosiani lectio *quam hos domi linquere* an Palatinorum potior sit *linquere quam hos domi*. Nihil ad metrum interest.

Cas. 900. 901 an. tripodia catalectica iambicas dipodias tres sequitur eaque clausula iambica periodus terminatur nec ulla correctione opus est.

Similiter Cas. 903 b an. tripodia catalectica iambicum dimetrum catalecticum sequi videtur, modo in initio v. 903 b Camerario et Schoellio ducibus <*at*> addatur. Nec quidquam amplius sententia desiderat.

8. *Tripodia catalectica cum bacchiacis jungitur*

Amph. 653 an. tripodiam jure discripserunt Spengelius, Goetzius-Lœwius, Klotzius. Nam neque bacchiacum dimetrum

pura thesi carentem Fleckeiseno duce constituere decet, neque iambicum dimetrum catalecticum Muellero duce, qui *penēs* metitur: ea autem mensura cum hujus vocis origine non consentit. Confer *penŭs, penŏris, genŭs, genĕr-is.* Certa igitur videtur haec an. tripodia catalectica, quae bacchiacos tanquam clausula sequitur.

Aul. 143 a an. tripodia catalectica bacchiacum tetrametrum catalecticum (v. 143 b) antecedit cui in B adhaesit, sicut postea creticus tetrameter (v. 144) cum an. tripodia catalectica (v. 145) uno versu in B scriptus est. Ac manifesta videtur horum versuum responsio: nam v. 145 versui 143 a similis est et creticus tetrameter (v. 144) post bacchiacum tetrametrum catalecticum collocatus ejusdem numeri continuationem praebet:

Aul. 143 a an. tripodia catalectica
143 b bacch. tetrameter catalecticus
144 cret. tetrameter
145 an. tripodia catalectica

9. *Tripodia catalectica cum creticis jungitur*

Aul. 145 tripodiam catalecticam jure separavit Spengelius, quae creticum tetrametrum sequitur. Vide supra, Aul. 143 a.

Cas. 160 an. tripodiam catalecticam A duce discripserunt Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius, periodi ex iambicis et bacchiacis et trochaicis et creticis constantis clausulam:

Cas. 153. 154 iamb. dipodiae
155. 156 bacch. tetrametri
157 cret. tetrameter
158 troch. dimeter catalecticus
159 cret. dimeter
160 an. tripodia catalectica

Cas. 874 an. tripodiam catalecticam A duce separaverunt Schoellius, Goetzius-Schoellius, quae an. septenarios antecedit, sed potius cum superioribus versibus conjungenda est. Nam cum v. 875 alia scena incipit. Haec autem periodi e bacchiacis et creticis constantis, sed lacunosae clausula est; saltem v. 873 creticus dimeter est cum trochaica tripodia catalectica junctus.

Item Cas. 889 an. tripodia catalectica creticum dimetrum cum

trochaica tripodia catalectica junctum sequi videtur: qui versiculus superiori versui in B adhaesit.

Item etiam Epid. 167 b, 170. Nam haec periodus, ab Apoecide dicta, sic A duce discribenda est:

Epid. 166 iamb. senarius
167 a cret. dimeter cum troch. tripodia catalectica
167 b an. tripodia catalectica
168 cret. tetrameter
169 cret. dimeter cum troch. tripodia catalectica
170 an. tripodia catalectica
171-172 an. octonarius

Pseud. 935 a, 935 b creticum tetrametrum et an. tripodiam catalecticam, A ut videtur duce, separaverunt Goetzius, Goetzius-Schoellius.

10. *Tripodia catalectica cum trochaicis jungitur*

Jam supra de an. tripodia catalectica creticum dimetrum cum trochaica tripodia catalectica junctum sequente dictum est.

Cum trochaico dimetro catalectico quoque nonnunquam jungi videtur, scilicet Cas. 894 b, 895 b, 934 b, 935 b, 936 b, 962, Most. 346 b.

Cas. 894, 895 Schoellius iisdem verbis trochaicos dimetros catalecticos cum trochaicis tripodiis constituit. Sed *ubi tua nova nuptast* ac praesertim *omnem mi ordine rem* anapaestice metiri satius est quam trochaice.

Cas. 934-936 libris ducibus trochaicos dimetros catalecticos cum an. tripodiis catalecticis discripsit Klotzius, nec necesse est iambicos dimetros cum clausula reiziana restituere, nam nihil, quod ad sententiam attinet, desideratur.

Cas. 961, 962 trochaicum dimetrum catalecticum et an. tripodiam catalecticam Klotzio duce jure separavit Schoellius. Vide infra Cas. 958.

Most. 346 b an tripodia catalectica cum trochaico dimetro catalectico jungi videtur, si libris creditur, nec, quanquam v. 347 reizianus est, reizianum restituere necesse est : nam hic versus ab antecedentibus trochaicis versibus ad reizianum transitum facit.

Cas. 958 an. tripodia catalectica trochaicas tripodias catalecticas duas sequitur. Sic enim omnis hic locus discribendus videtur.

Cas.	957 a	troch. dimeter.
	957 b	troch. tripodiae catalecticae duae
	958	an. tripodia catalectica
	959	paroemiacus
	960	an. tripodia catalectica
	961	troch. dimeter catalecticus
	962	an. tripodia catalectica

§ 12. — *De singulis dimetris hypercatalectis*

An. dimeter hypercatalectus cum an. dimetris nonnunquam ita jungitur ut paroemiaci loco clausulae vice fungatur. Nempe Trin. 246 dimetros quinque, Trin. 280 dimetros tres sequitur et hoc modo systema terminatur. Systema quoque quoddam habemus Trin. 239 a-241 cui non modo an. dipodia, sed etiam iambicus dimeter inseritur, sicut Most. 902 b iambicus dimeter inter anapaesticum dimetrum et paroemiacum collocatur :

Trin.	239 a	an. dimeter
	239 b	iamb. dimeter
	240 a	an. dipodia
	240 b	an. dimeter
	241	an. dimeter hypercatalectus

Stich. 12 et 15 singuli dimetri hypercatalecti singulos dimetros sequuntur. Vide supra, p. 240.

Invenitur quoque dimeter hypercatalectus Cas. 829 dimetri loco cum trochaica tripodia (v. 830) ita junctus ut ultima ejus syllaba per synaphiam elidatur. Hi versus (829. 830) a Cleostrata dicti, nuptae carmen supra (Cas. 815 seq.) hoc metro compositum repetere videntur et a Schoellio Klotzioque A duce recte discripti sunt, assentientibus Goetzio-Schoellio. Vide supra, p. 244.

Aliud exemplum est, Bacch. 1085, ubi an. dimeter hypercatalectus B duce discribendus esse videtur. Nam antecedentes versus justi sunt an. septenarii et v. 1086 an. octonarius, quo Philoxeni monologus terminatur. V. 1085 autem tanquam

παρατέλευτον periodi finem praenuntiat. Confer Klotz, *Grundz.*, p. 479 seq.

Simili ratione in initio an. systematis collocatur dimeter hypercatalectus Stich. 21. Qui non magis mutandus est quam Stich. 45 pentapodia. Nam ut ille rarior versus ultimi systematis (Stich. 39-47) finem praenuntiat, ita hic primi (v. 20-28)[1] initium quodam modo insignire videtur. Atque hoc primum systema et ultimum inter se respondent, e novem versibus similiter constantia.

§ 13. — *De pentapodia*

Anapaesticae pentapodiae perpauca apud Plautum inveniuntur exempla, quae tamen non rejicienda videntur.

Nam Stich. 45

Ne quid magis sit, omnibus obnixe opibus

libris ducibus scribendum esse intellexerunt Goetzius-Schoellius, sed ictus omiserunt, quod metrum incertius esset. Non tamen dubium est quin hujus versus, inter certos anapaestos collocati, anapaestica quoque sit mensura; nec pentapodia haec magis mutanda videtur quam Stich. 21 dimeter hypercatalectus. Vide supra.

Cas. 955. 956 an. pentapodiam A et B ducibus discripsit Klotzius, quam antecedunt, ut videtur, quattuor an. tripodiae catalecticae et una an. tripodia. Vide supra, p. 115, 134. Atque pentapodia quasi duplex est tripodia catalectica.

§ 14. — *De singulorum trimetrorum usu*

1. *Trimeter cum paroemiaco jungitur*

Truc. 566 trimeter certus certum paroemiacum antecedit.

Most. 860 trimetrum libris ducibus discripsit Spengelius. Nec Christio duce dimetrum et monometrum dispescere decet. Nam in simili exemplo Truc. 566 trimeter in dimetrum et monometrum dividi non potest. Nec jure Schoellius reizianum restituit, qui versui 858 responderet sicut v. 861 versui 859 respondet.

1. V. 18 et 19 dimetros quoque esse verum est, sed cum superioribus duobus paroemiacis (v. 16 et 17) potius conjungendi sunt, quibus respondent.

Si quid corrigendum est, potius Most. 858 trimeter restituendus esse videtur, *careant* pro tradito *carent* Muellero et Christio ducibus correcto.

Rud. 185 alii an. trimetrum, alii reizianum iisdem verbis faciunt. Sed v. 188 qui versui 185 similis esse videtur, an. trimeter est, non reizianus. De v. 186, vide supra, p. 246. Sic igitur hic locus discribendus videtur :

Rud. 185 an. trimeter
» 186 paroemiacus
187 a an. octonarius
187 b paroemiacus
188 an. trimeter
189 a, b paroemiaci duo

Inverso ordine paroemiacum sequitur trimeter Bacch. 631. Nam sic B duce discribere decet nec ulla mutatione opus est.

2. *Trimeter cum trimetro catalectico jungitur*

Cas. 634 iisdem verbis trochaicum tetrametrum brachycatalectum fecerunt Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius. Sed v. 635 .636 nihil aliud esse potest quam an. trimeter catalecticus, qui justum trimetrum sequitur.

Cas. 644, de anapaestica mensura non dubitandum videtur etsi Seyffertus et Goetzius-Schoellius dactylicum hexametrum catalecticum in syllabam iisdem verbis discripserunt. Nam v. 645 dactylicus non est, sed an. trimeter catalecticus. Admisso autem hiatu brevianti in *tibĭ*, non necesse est *hoc*, quod in exitu v. 643 in A collocatur, cum Schoellio in hunc versum asciscere.

Inverso ordine anapaesticum trimetrum catalecticum sequitur trimeter Truc. 96 sicut Truc. 98, 99 duo trimetri trimetrum catalecticum (97) sequuntur. Sic enim B duce jure discripserunt Goetzius-Schoellius.

3. *Trimeter cum an. tripodia jungitur*

Vide supra, p. 252.

4. *Trimeter cum an. tripodia catalectica jungitur*

Vide supra, p. 253.

5. *Trimeter cum aliis numeris jungitur*

Bacch. 631 trimeter iambicum octonarium antecedit. Vide supra.

Pers. 774 an. trimeter iambicum dimetrum sequitur, sicut Pers. 777 an. trimetrum catalecticum iambicus dimeter antecedit. Vide supra, p. 238. B uno versu iamb. dimetrum (773 b) et an. trimetrum comprehendit.

Inter creticos tetrametros collocatur an. trimeter Pseud. 931, cui in clausula respondet an. tripodia catalectica v. 935 b.

Item Asin. 133 an. trimeter inter creticos tetrametros inseritur. Sic enim jure Spengelius discripsit.

§ 15. — *De singulorum trimetrorum formis*

Trimeter in duas tripodias ubique dividitur, nec ullum est exemplum ubi caesura post tertiam arsem desit.

§ 16. — *De singulorum trimetrorum catalecticorum usu*

1. *Trimeter catalecticus trimetrum sequitur vel antecedit*

Vide supra, p. 258.

2. *Trimeter catalecticus cum aliis numeris jungitur*

Aul. 133 non bacchiacus tetrameter sicut v. 120-132 et v. 134, sed an. trimeter catalecticus esse videtur, qui cum ultimum periodi versum antecedat, periodi finem praenuntiat. Confer Klotz, *Grundz.*, p. 479 seq. V. 133 enim an. trimetrum catalecticum jure, munita librorum memoria, discripsit Spengelius. V. 131 et 132 contra Goetzio Klotzioque ducibus bacchiaci tetrametri potius constituendi videntur quam Spengelio duce an. trimetri catalectici. Nam v. 131 an trimeter cataleeticus qualis a Spengelio constituitur legitima caesura caret et v. 132 mutatione non necessaria an. trimetrum cat. restituit Spengelius.

Cas. 887 an. trimetrum catalecticum jure constituisse videtur Spengelius. Nam nihil addendum est et anapaestico trimetro catalectico anapaestica tripodia catalectica v. 889, interjecto cretico dimetro cum trochaica tripodia catalectica, concinne respondet. V. 884-886 trunci sunt, sed sane sicut v. 883 cretici fuerunt vel cretico-trochaici.

Pers. 777 an. trimeter catalecticus qui iambicum dimetrum sequitur anapaestico trimetro v. 774, quem similiter iambicus dimeter antecedit, respondet. Vide supra, p. 238.

§ 17. — *De singulorum trimetrorum catalecticorum formis*

In nullo exemplo caesura post tertiam arsem deest. Nam Cas. 887 non deest, sed propter synaloepham latet, ideoque tertia arsis solvitur.

§ 18. — *De octonario hypercatalecto*

Amph. 1062 an. octonarius hypercatalectus inter iambicos octonarios inseritur, quo tonitrus depingatur.

Cas. 821. 822 an. octonarium hypercatalectum libris ducibus jure discripserunt Goetzius-Schoellius, quem an. octonarius antecedit, sicut dimeter hypercatalectus nonnunquam dimetros sequitur.

Pseud. 602 an. octonarium hypercatalectum libris ducibus fecerunt Goetzius et Goetzius-Schoellius, qui an. dimetros sequitur et an. septenarium antecedit.

Pseud. 938 an. octonarius hypercatalectus, si libris creditur, inter an. septenarios inseritur.

Octonarii hypercatalecti octava arsis ipsa solvi potest, sicut ex Amph. 1062 et Cas. 821. 822 et Pseud. 938 apparet.

PARS QUARTA

DE REIZIANIS VERSIBUS

LIBER PRIMUS

Plautinorum exemplorum critica recensio

AULULARIA, 157-160.

Sed his légibus si quam dáre vis, [ducám] ||
Quae crás veniat, peréndie forás feratur, [soror] ||

157 His légibus quam [dare] vís cedo, nuptiás <soror> adorna. ||
Quam máxuma possúm tibi, fratér, dare dote : ||
Sed est grándior : nam múlieris est aétas media. ||
Eam sí jubes, fratér, tibi me póscere poscam. ||

Núm non vis me intérrogare te? 'Immo si quid vís, roga.

AULULARIA, 416, 418-426, 428-446.

Redi, quó fugis nunc? Téne, tene : Quid, stólide, clamas?

416 Quia ad trís viros jam ego déferam nomen tuóm. Quam ob rem?

Quia cúltrum habes. Cocúm decet. Quid cónminatu's

Aul. 157. Reizianum versum, scilicet iambicum dimetrum cum anapaestica tripodia catalectica constituit Havetus, *Rec. phil.*, a. 1887, deleto *dare* et addito *<jam>* ante *adorna;* iambicum dimetrum et iamb. tripodiam catalecticam fecit Goetzius deletis verbis *quam dare vis* et *<soror>* e v. 156, ubi suspectum est, huc ascito; iamb. septenarium discripsit Spengelius, *Reform.*, p. 340, *vis* ante *dare* trajecto.

Aul. 158 seq. Reizianos versus discripserunt Goetzius, Spengelius, *Reform.*, p. 301. Goetzius-Schoellius. *Quam* libri, Klotz., *Grundz.*, p. 520, G.-Sch., *cum* Gruterus, Gz., Speng.

Aul. 159. *Nam* Gz., G.-Sch., *natu* libri, Speng. *Mulieris est aetas media* Bothius, Gz., G.-Sch., *media est mulieris aetas* libri, *sed est media natu, grandior est mulieris aetas* Speng.

Aul. 416, 418-420, 422-426, 428-446 reizianos versus discripserunt Goetzius,

Mihi? 'Istuc male factum árbitror quia nón latus fodi.
Homo núllust te sceléstior qui vívat hodie
Neque quoi égo de industria ámplius male plús lubens faxim.
Pol etsí taceas palam íd quidemst: res ípsast testis.
Ita fústibus sum móllior magis quam úllus cinaedus.
Sed quíd tibi nos táctiost, mendíce homo? Quae res?
Etiám rogitas? An quía minus quam me aéquom erat feci?
Sine: at hércle cum magnó malo tuo, si hóc caput sentit.
Pol ego haúd scio quid póst fuat: tuom núnc caput sentit.

Sed in aédibus quid tíbi meis nam erát negoti

Me absénte, nisi ego jússeram? Volo scíre. Tace ergo.
Quia véni huc coctum ad núptias. Quid tú, malum, curas
Utrúm crudumne an cóctum edim, nisi tú mi es tutor?
Volo scíre sinas an nón sinas nos cóquere hic cenam?
Volo scíre ego itidem meaé domi mean sálva futura?
Utinám mea mihi modo aúferam quae <ad te> ádtuli salva.
Me haud paénitet, tua ne éxpetam. Scio: né doce, novi.
Quid est quá prohibes nunc grátia nos cóquere hic cenam?
Quid fécimus? Quid díximus tibi sécus quam velles?
Etiám rogitas, sceléste homo, qui<ne> ángulos omnis
Mearum aédium et conclávium mihi pérvium facitis?
Ibi úbi tibi erat negótium, ad fócum si adesses,
Non cáput haberes físsile: merito íd tibi factumst.

Spengelius, *Reform.*, p. 340, Klotzius, *Grundz*, p. 521, Goetzius-Schoellius.

Aul. 421. Reizianum fecerunt Spengelius Klotziusque, iambicum dimetrum cum iambica tripodia catalectica Goetzius, Goetzius-Schoellius. *Ipsa testis est* libri, *ipsast testis* Speng., Klotz, *ipsa testist* Gz., G.-Sch.

Aul. 422. *Magis* Nonius, *miser magis* libri.

Aul. 423. *Nos tactiost mendice homo* Herm., *De Metr.*, p. 171, Speng., Gz., Klotz, G.-Sch., *nos mendice homo tactio est* libri, *mendice homo me tactio est* Havet, *Rev. phil.*, a. 1887, p. 138.

Aul. 432. *Mean* Camerarius, Gz., G.-Sch., *mea* libri, Speng.

Aul. 433. *<Ad te> adtuli* Seyffertus, *Stud. Plaut.*, p. 7, Speng., *adtuli* libri, *<ad te> tuli* Stud., *De Cant.*, p. 32, Gz., Gz.-Sch., *adtetuli* Muell., *Plaut. Pros.*, p. 216, *<ego> adtuli* Klotz.

Aul. 437. *Quine* Herm., Gz., Speng., G.-Sch., *qui* libri, Klotz. *Angulos* libri praeter B, Gz., Speng., G.-Sch., *angulosus* ... B, *angulos usque* Klotz, *angululos* Herm., *anglos* Bothius.

Aul. 438. *Percium* BD, Klotz, *perviam* JF, Speng.

Adeo út tu meam senténtiam jam nóscere possis :
Si ad jánuam huc accésseris, nisi jússero, propius,
Ego té faciam misérrumus mortális uti sis.
Scis jám meam senténtiam. Quo abis? Redi rursum.
Ita mé bene amet Lavérna, te jam <jám> nisi reddi
Mihi vása jubes hic pípulo te dífferam ante aedis.

Quíd ego nunc agám? Ne ego edepol véni huc auspició malo.

Casina, 249-250.

|| Bibe, és, disperde rém. Ohe

249. 250 Jam sátis uxor est. Cómprime te, nímium tinnis. ||

Relínque aliquantum órátionis, crás quod mecum lítiges.

Casina, 703.

| || Ut núbat mihi. 'Illud quidém dicere

703 Volébam | nostro vílico. || Saépicule peccas. |

Timór praepedít verba. Vérum obsecró te

Mostellaria, 330.

Sí cades, nón cades, quín cadam técum. ||

330 Jacéntis tollet póstea nos ámbos aliquis. ||

Madet hómo. Tun me ais má-madere?

Aul. 441. *Noscere* libri, Speng., G.-Sch., *scire* Fleck., Gz.

Aul. 442. *Jussero* libri, Speng., Klotz., G.-Sch., *jusso* Guyetus, Fleck., Gz.

Aul. 443. *Uti* libri, Speng., Klotz., G.-Sch., *ut* Harius, Gz.

Aul. 445. *Jam <jam>* Harius, Speng., Klotz, Gz., *jam* libri.

Aul. 446. *Hic pipulo te* Gz., *pipulo te hic* Nonius, *pipulo te* Varro, *populo hic* libri, *pipulo hic* Speng., Klotz. *Jussis* pro *jubes* corr. Speng.

Cas. 249. 250. Reizianum versum discripsit Klotzius, *Ann. phil.*, a. 1891; trochaicum octonarium restituit Spengelius, *Reform.*, p. 357, juncto v. 248 et deleto *ohe jam;* an. tripodiam (*ohe — est*) et paroemiacum separaverunt Schoellius et Goetzius-Schoellius.

Cas. 703. Reizianum versum discripsit Klotzius, *l. s. s.;* trochaicum octonarium dubitanter constituit Spengelius, *Reform.*, p. 359; bacchiacum tetrametrum restituit Schoellius, *<ere>* ante *peccas* addito. *Saepicule* AP, Klotz, Spéng., *saepiuscule* Priscianus, Sch., G.-Sch.

Most. 330. Reizianum versum constituerunt Schoellius, Klotzius, Goetzius-Schoellius; bacchiacum tetrametrum fecerunt Hermannus, *Elem.*, p. 214, Ritschelius, Spengelius, *Reform.*, p. 51, *ambo* pro *ambos* corrigentes.

Mostellaria, 347.

Quíd ego hoc faciam póstea, mea? Síc siue eumpse. ||

347 Age tu ínterim da ab Délphio cito cántharum circum. ||

Júppiter suprêmus summis ópibus atque indústriis

Mostellaria, 892-894.

Vah, óculi dolênt. Quor? Quia fúmus moléstust.

892 Tace sís, faber qui cúdere soles plúmbeos nummos.
Non, nón potes tu cógere me ut tíbi male dicam.
Novít erus me. Suám quidem pol cúlcitulam oportet.

Si sóbrius sis, male nón dicas. Tibi optémperem quom tu míhi nequeas?

Persa, 850.

|| Patróne mi, i intro, amábo,

850 Ad cénam. Mea ignávia tu núnc me inrides? ||

Quíane te vocó, bene ut tibi sit? Nólo mihi bene ésse. Ne sit.

Pseudolus, 589.

Inde me ét simul participés omnis meos praéda onerabo atque ópplebo. |

589 Metum ét fugam perduéllibus meis me út sciant natum. | ||

Eó sum genere gnátus : magna mé facinora décet efficere | ||

Most. 347. Reizianum versum discripserunt Studemundus, *Zeitschr. f. Gymn.*, XVIII, p. 557, Klotzius, *Grundz.*, p. 521, 539, Schoellius, Goetzius-Schoellius. An. dimetrum (*Da — circum*), neglecta B discriptione constituit Spengelius, *Reform.*, p. 52.

Most. 892. Reizianum versum esse viderunt Spengelius, *Reform.*, p. 279 adn., 301, Schoellius, Goetzius-Schoellius. Iambicum septenarium restituebant Ritschelius Lorenziusque.

Most. 893. Reizianum versum discripserunt Spengelius, *Reform.*, p. 301, Schoellius, trochaicum dimetrum catalecticum cum trochaica tripodia Goetzius-Schoellius. *Non <non> potes* Speng., *non potes* libri, G.-Sch., *non <pol> potes* Ritsch., Sch.

Most. 894. Reizianum versum discripsit Spengelius, *l. s. s.*; iambicum dimetrum cum iambica tripodia catalectica constituit Schoellius, trochaicum dimetrum catalecticum cum trochaica tripodia Goetzius-Schoellius. *Pol* libri, G.-Sch., *<ede>pol* Speng., om. Sch. *Culcitulam* Sch., G.-Sch., *culcitullam* libri, *culcitulam <illum>* Speng.

Pers. 850. Reizianum versum discribo. Trochaicum octonarium (*I intro* —) constituit Spengelius, *Reform.*, p. 392, iambicum octonarium (*Patrone — ignavia*) et an. tripodiam catalecticam Schoellius. Ictus omiserunt Goetzius-Schoellius. *Mea ignavia* libri, G.-Sch., *meamne ignaviam* Speng., *mea <mi abducta> ignavia* Sch.

Pseud. 589. Reizianum versum discribo, deleto *esse* quod in A deest et

STICHUS, 3, 4, 7 b.

Viro suó caruit : |
Nam nós ejus animum | ||

3 De nóstris factis nóscimus, quarúm viri hinc absunt | ||
Quorúmque nos negótiis abséntum, ita ut aequomst, | ||
Sollícitae noctes ét dies, sorór, sumus semper. | ||
Nostrum ófficium |
Nos fácere aequomst : | ||
Neque id mágis facimus |
Quam nós monet pietas. | ||

7 b Sed híc, soror, assídedum : multá volo tecum | ||
Loquí de re viri. |
Salvéne, amabo ? | ||

TRINUMMUS, 236.

Ita fáciam, ita placet. Omniúm primum | ||

236 Amóris arteis éloquar quem ad módum se expe-
[diant. | ||
Nunquam ámor quemquam ||
Nisi cúpidum hominem ||

TRINUMMUS, 284.

Novi égo hoc saeclum, moribús quibus sit.

284 Malús bonum malum ésse volt, ut sít sui similis.
Turbánt, miscent morés mali, rapáx, avarus, ínvidus.

in B post *me*, in CDF ante *me* additum est. Iambicum octonarium restituit Ritschelius itemque Christius, *Metr.*, p. 661, *injiciam med* pro *meis me* corrigentes et *natum* delentes. Iambicum septenarium fecerunt Goetzius et Goetzius-Schoellius, an. octonarium ascito *eo sum gnatus genere* Spengelius.

Stich. 3, 4. Reizianum versum discripserunt Christius, *Metr.*, p. 272, Spengelius, *Reform.*, p. 300, Goetzius, Klotzius, *Grundz.*, p. 519, Goetzius-Schoellius. *Absentum* P, *absentium* A. *Ita ut aequomst* A, Christ, Speng., Gz., G.-Sch., *ut est aequom* P, Klotz.

Stich. 7 b. Reizianum versum discripserunt Spengelius, *l. s. s.*, Klotzius, Goetzius, Goetzius-Schoellius.

Trin. 236. Reizianum versum discripserunt Klotzius, *Grundz.*, p. 496 seq., Goetzius-Schoellius. Trochaicum octonarium statuit Ritschelius, ascito *omnium primum*, iambicum septenarium Seyffertus, Studemundus, Fleckeisenus, Spengelius, *Reform.*, p. 177 seq., iambicum dimetrum et dimetrum catalecticum Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 412, *<nam>* post *quem* addentes. *Se expediant* A, Ritsch., Seyff., Stud., Fleck., Speng., Klotz., *expediant* P, G.-Sch. (hiatu post *modum* admisso).

Trin. 284. Reizianum versum esse viderunt Studemundus, *De Cant.*,

TRUCULENTUS, 129.

Astáphium. Amabo, |
129 Sine me íre, era quo jussít. Eas : sed quíd ais? || Quid vis? |
Dic quó iter inceptás? Quis est quem arcéssis? Archilínem

p. 29, Brixius, *Ann. phil.*, vol. 91, p. 61, Goetzius-Schoellius. Creticum tetrametrum catalecticum constituebat Ritschelius, creticum tetrametrum Fleckeisenus, iambicum octonarium Spengelius Niemeyerusque. *Ut sit sui similis* AP, Ritsch., Stud., Brix., G.-Sch., *ut sit sui simillimus* Speng., *similis ut sit sui* Fleck.

Truc. 129. Reizianum versum A duce discripserunt Goetzius-Schoellius. Bacchiacum tetrametrum iisdem verbis constituebat olim Schoellius, iambicum septenarium esse voluerunt Muellerus, *Plaut. Pros.*, p. 423 adn., *eo* post *eas* addens et Spengelius, *Reform.*, p. 422, addito <*mea*> ante *eas*.

LIBER SECUNDUS

De prosodia

Prosodiacae leges quae in ceteris Plauti anapaestis supra observatae sunt, eaedem in alterum reiziani versus membrum, scilicet in anapaesticam tripodiam catalecticam cum iambico dimetro junctam, manifesto cadunt.

§ 1. — *De brevibus breviantibus*

A. Iambica vox, cujus altera syllaba positione longa est, pro pyrrhichio ponitur : *caput* Aul. 425, 426, *focum* Aul. 439, *malum* Aul. 429, *mean* Aul. 432, *modum* Trin. 236.

B. Iambica vox, cujus altera syllaba natura longa est, pro pyrrhichio ponitur : *cito* Most. 347, *doce* Aul. 434, *erat* Aul. 424, *homo* Aul. 423, *male* Most. 893, *nisi* Aul. 430, 442, 445, *redi* Aul. 443, *soles* Most. 892, *soror* Aul. 157, *tibi* Aul. 437, 440, Most. 893, *volo* Aul. 428.

C. Vocis polysyllabae secunda syllaba, positione longa, propter principialem brevem corripitur : *adorna* Aul. 157, *oportet* Most. 894. Confer supra, p. 63 (*opŏrtet*), p. 67 (*novo ŏrnatu*).

D. Vox disyllaba, cujus prior syllaba brevis est et altera synaloepham patitur, insequentem monosyllabam breviat · *viri hinc* Stich. 3.

§ 2. — *De cretico pro anapaestico pede vel pro duobus semipedibus posito*

A. Cretica vox, cujus ultima syllaba positione longa est, pro quattuor moris ponitur : *cantharum* Most. 347, *pervium* Aul. 438.

B. Cretica vox, cujus ultima syllaba natura longa est, pro quattuor moris ponitur : *adtuli* Aul. 433, *angulos* Aul. 437, *jussero* Aul. 442, *nuptias* Aul. 157, *plumbeos* Most. 892.

C. Dactylica vox, cujus ultima syllaba synaloepham patitur, cum principiali polysyllabae vocis syllaba juncta, pro quattuor moris ponitur : *differam ante* Aul. 446.

§ 3. — *De hiatu*

Monosyllaba in hiatu corripitur : in prima thesi *quo abis* Aul. 444, in secunda thesi *si adesses* Aul. 439.

§ 4. — *De rhythmo in vocibus singulis*

Dactylica vox ictum in principiali syllaba accipit : *poscere* Aul. 160, *noscere* Aul. 441.

Breves unius ejusdemque arsis vel thesis ex ultima alicujus vocis syllaba et principiali alterius constant : *úllŭs cĭnaedus* Aul. 422, *scirĕ tăce* Aul. 425, *sálvă fŭtura* Aul. 432, *multá volo* Stich. 7 b.

LIBER TERTIUS

De re metrica

Reizianus versus proprie dicitur qui e dimetro iambico et anapaestica tripodia catalectica constat. Reizius quidem, qui huic versui suum nomen dedit, ex iambico dimetro et iambica tripodia catalectica eum componi putabat eique assensi sunt Wagnerus, Christius, *Metr.*, p. 348, alii. Sed Spengelius, *Reform.*, p. 294 seq., demonstravit alterum hujus versus membrum non iambicum esse, sed anapaesticum, quippe quod anapaesticis versibus, quod ad prosodiam attinet, simile sit.

Longius tamen progressus est Spengelius cum contenderet iambicum dimetrum cum iambica tripodia catalectica nunquam conjungi. Klotzius enim (*Grundz.*, p. 517 seq.) animadvertit iambicum dimetrum modo cum anapaestica tripodia catalectica, modo cum iambica tripodia catalectica, atque etiam aliquoties cum logaoedica tripodia catalectica jungi. De iambico dimetro cum anapaestica tripodia catalectica juncto tantummodo hic agitur. Sed non mirandum est si iambicus dimeter cum iambica tripodia catalectica junctus reizianis versibus proximus nonnunquam invenitur nec necessario reizianus versus restituendus est. Confer Trin. 255, 260.

Sic enim in Aululariae scena (III, 2), quae plurimos deinceps reizianos versus offert, nonnulli iambici dimetri cum iambica tripodia catalectica juncti, si libris creditur, inseruntur : v. 415, 417, 421, 427. Eos versus Spengelius ceteris hujus cantici versibus, qui reiziani sunt, similes faciendos esse defendit. Jure quidem v. 421 correxisse videtur, assentiente Klotzio, *Grundz.*, p. 521 : pro tradito *res ipsa testis est* facile *res ipsast testis* scribitur. Adde quod v. 421 et 422 a Congrione dicti versibus 419 et 420 ab Euclione dictis respondere videntur et eodem metro eos componi verisimile est.

Sed versus 415, 417, 427 non tam facile reiziano metro accommodantur et aliquid causae esse opinor cur a proximis differant.

Nam v. 415 libris ducibus sic ediderunt Wagnerus, Goetzius, Goetzius-Schoellius :

Redi, quó fugis nunc? Téne, tene. — Quid, stólide, clamas?

Spengelius, *Reform.*, p. 299, *clamas, stolide*, trajicit; Klotzius, *l. s. s.*, *stolide* adverbium esse contendit, quanquam fatetur in tali locutione (quid, stulte), vocativum adhiberi solere.

Aul. 417 libri *Quid comminatus* (*cominatus* B) exhibent, quod jure integrum servaverunt Wagnerus et Goetzius et Goetzius-Schoellius, excepto quod *comminatu's* Acidalio duce scripserunt. Spengelius autem *Quia eo minitatus* correxit; quod non probat Klotzius, *Grundz.*, p. 522, qui quidem improbabiliora etiam ipse proponit (*Quid? Coco innatust?* vel *Quid? Coco is innatust*, et alia).

Aul. 427 *nam erat me absente Negoti* trajiciunt Spengelius Klotziusque. Wagnerus autem et Goetzius et Goetzius-Schoellius libros secuti sunt, iambicum dimetrum cum iambica tripodia catalectica junctum hic sicut v. 415, 417 admittentes, nec injuria.

Nam v. 415 cum scenam aperiat, proprio metro componi potest. V. 417 autem versui 415 respondere videtur sicut v. 418 versui 416. Etenim quattuor primi versus inter se proprie junguntur, periodum quandam constituentes, sicut quattuor proximi v. 418-422, de quibus supra dictum est et item quattuor sequentes v. 423-426. Cum v. 427 autem altera cantici pars incipit in qua Euclio minus truculente se gerit nec jam Congrionem verberat, sed placidius rogat quidnam apud se agat. Hujus igitur alterius partis initium prioris initio (v. 415) simile est.

Item Aul. 156 iambicus dimeter cum iambica tripodia catalectica junctus reizianos versus antecedit. Non enim dubium est quin v. 158-160 reiziani sint versus. V. 157 autem reizianum quoque jure discripsit Havetus qui *dare* delendum esse vidit : nempe hoc verbum hic sententiae non convenit et e v. 155 ex parte simili huc irrepsit. <*Soror*> contra, Goetzio duce, e v. 156 ubi suspectum est huc traho. Hoc verbum sane primo omissum est, tum supra lineam additum, unde factum est ut in

exitu v. 156 perperam collocaretur. Ita, non metri, sed sententiae causa correctus, v. 157 sequentibus metro similis fit. V. 156 autem iambicum dimetrum cum iambica tripodia catalectica jure constituit Goetzius nec necesse est Haveto duce reizianum versum restituere. Nam iambici versus cum anapaesticis hic alternant : etenim v. 153 a, b iambici dimetri sunt, v. 154 anapaesticus dimeter, v. 155 paroemiacus. Vide supra, p. 164, 240.

Plures quoque deinceps inveniuntur reiziani versus Most. 892-894 et Stich. 3, 4. Most. 892 reizianum esse hodie constat. Most. 894 reizianum quoque esse vidit Spengelius, sed nequiquam *edepol* pro *pol* correxit et *illum*, cujus priorem syllabam brevem esse perperam putavit, post *culcitulam* addidit. Nam tradita verba reiziano metro per se accommodantur, modo iambica correptio in *oportet* admittatur sicut Rud. 922, Mil. 1054, 1061, 1064, in eodem verbo vel in similibus invenitur. Confer supra, p. 63.

Most. 893 inter reizianos versus collocatum reizianum jure fecerunt Spengelius et Schoellius.

Stich. 3, 4 sine dubio reiziani sunt. V. 5 autem iambicus dimeter cum iambica tripodia catalectica junctus est. Confer Klotz, *Grundz.*, p. 520. Nec jure reizianum restituit Spengelius. Nam iambici cum anapaesticis in hoc cantico alternant : v. 8-9 enim iambici sunt et ante anapaestos collocantur.

Ceteri reiziani singuli adhibentur. Inter quos Most. 330, 347, Stich. 7 b, Trin. 284 certi sunt.

Cas. 249. 250 reizianum versum jure discripsisse videtur Klotzius. Nam v. 247 B duce trochaicus septenarius est, qui trochaicos octonarios (v. 240-246) convenienter sequitur ; v. 248 autem sane iambicus dimeter catalecticus est[1] et v. 251 sine dubio iambicus octonarius est.

Cas. 703 Klotzius Ambrosiani memoriam recte servat, excepto quod *volebam* versui 702, qui bacchiacus tetrameter catalecticus est, in A adhaesit.

Pers. 850 reizianum versum et v. 849 iambicum dimetrum catalecticum libris ducibus discribo, nisi quod v. 849 et v. 850 B

1. V. 248 iambicum dimetrum esse putat Klotzius. Sed *rum* ante vocalem pro brevi, non pro longa ponitur. Confer Pers. 850, ubi reizianus post iambicum dimetrum catalecticum quoque collocatur.

comprehendit. De hiatu post ablativum *mea* admisso vide Seyffert, *Berl. phil. Woch.*, a. 1890, p. 213.

Pseud. 589 reizianus versus A duce potius constituendus esse videtur quam B duce iambicus septenarius : scilicet *esse* quod in A deest et in B post *me*, in CDF ante *me* collocatus est, omittendum esse viderunt Goetzius-Schoellius. Nec jure iidem *med* pro *me* correxerunt, ut iambicum septenarium tamen constituerunt.

Trin. 236 reizianum versum jure libris ducibus discripserunt Klotzius et Goetzius-Schoellius nec necesse est addito *nam* post *quem* iambicum septenarium restituere.

Truc. 129 reizianum versum esse viderunt Goetzius-Schoellius, Ambrosiani discriptionem servantes. Qui anapaesticum systema et iambicam tripodiam catalecticam sequitur.

CATALOGUS LIBRORUM

Wil. Christ. Metrische Bemerkungen zu den Cantica des Plautus (Sitzungsberichte d. phil. Classe der k. b. Akademie der Wiss. z. Muenchen, 1871).

— Metrik der Griechen und Roemer. Zweite Auflage. Leipzig, 1879.

Corssen. Ueber Aussprache, Vocalismus und Betonung der lateinischen Sprache. Leipzig, 1870.

Crain. Ueber die Composition der Plautinischen Cantica. Berlin, 1865.

L. Havet. De Saturnio latinorum versu. Parisiis, 1880.

— Métrique grecque et latine. Paris, 1888.

— Revue de philologie, a. 1887, 1889, 1890.

God. Hermann. Elementa doctrinae metricae. Lipsiae, MDCCCXVI.

Rich. Klotz. Grundzuege altroemischer Metrik. Leipzig, 1890.

W. Meyer. Ueber die Beobachtung des Wortaccentes in der altlateinischen Poesie. Muenchen, 1884.

C. F. W. Mueller. Plautinische Prosodie. Berlin, 1869.

— Nachtraege zur Plautinischen Prosodie. (Add.) Berlin, 1871.

T. Macci Plauti Comoediae. Recensuit Fr. Ritschelius, sociis operae adsumptis Gustawo Loewe, Georgio Goetz, Friderico Schoell. Lipsiae, MDCCCLXXI-MDCCCXCIV.

— Comoediae ex recognitione Alfredi Fleckeiseni. Lipsiae, MDCCCLXXXI-MDCCCLXXXV.

— Comoediae ex recensione Georgii Goetz et Friderici Schoell. Lipsiae, MDCCCXCII-MDCCCXCVII.

— Comoediae. Recensuit et emendavit Leo. Berlin, 1895-1896[1].

1. Jam typis mandatum erat opus nostrum, cum hac editione uti potuimus. Vide infra, *Addenda et corrigenda*.

T. Macci Plauti Mostellaria, Miles Gloriosus, Pseudolus, erklaert von Lorenz. Berlin, 1876-1886.

— Trinummus, Captivi, Menaechmi, Miles Gloriosus, erklaert von Brix u. Niemeyer. Leipzig, 1884-1891.

— Rudens, edited by Sonnenschein. Oxford, 1891.

Fr. Schoell, G. Goetz, Gust. Loewe. Analecta Plautina. Lipsiae, MDCCCLXXVII.

Seyffert. De bacchiacorum versuum usu Plautino. Berolini, 1864.

Skutsch. Studien zur Plautinischen Prosodie. Leipzig, 1892.

A. Spengel. T. Maccius Plautus. Goettingen, 1865.

— Reformvorschlaege zur Metrik der Lyrischen Versarten bei Plautus und den uebrigen Lateinischen Scenikern. Berlin, 1882.

Sonnenburg. De versuum Plauti anapaesticorum prosodia. Bonn, 1881.

G. Studemund. De Canticis Plautinis. Berlin, 1864.

— T. Macci Plauti fabularum reliquiae ambrosianae. Berolini, MDCCCLXXXVIIII.

G. Voss. De versibus anapaesticis Plautinis. Diedenhofen, 1881.

Winter. Ueber die metrische Reconstruction der Plautinischen Cantica. Muenchen, 1880.

CATALOGUS VERSUUM

FINIS

VIDI AC PERLEGI,
Lutetiae Parisiorum, in Sorbona,
a. d. VII Kal. Julii ann. MDCCCXCVIII,
Facultatis litterarum in Universitate Parisiensi Decanus,
A. HIMLY.

TYPIS MANDETUR
Academiae Parisiensis Rector,
GRÉARD.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 1, adn. ad Bacch. 1076 seq., adde : Leo quattuor systemata anapaestica constituit, priora duo octonorum, tertium duodecim, quartum decem metrorum.

P. 2, Bacch. 1106, pro : infortunatum, lege : infortunatus.

Ibid., adn. ad Bacch. 1087-1103, adde : Leo v. 1089-1101 systemata discripsit.

P. 4, adn. ad Bacch. 1164, pro : *opust verbist* B, lege : *opus verbist* B.

P. 5, Bacch. 1191, pro : id ut est, lege : id ut ut est.

P. 6, adn. ad Bacch. 1201, adde : *neminis* Leo.

P. 8, adn. ad Cist. 675, adde : Leo bacchiacum tetrametrum (— *aedis*) discripsit.

Ibid. adn. ad Cist. 676-677, adde : Leo bacchiacum tetrametrum (— *opinor*) fecit, ictibus in v. 677 omissis.

Ibid., adn. ad Cist. 701, adde : Leo an. dimetrum et paroemiacum dispescuit.

P. 9, Curc. 145, pro : nec jubeo, lege : neque jubeo.

Ibid. Men. 603, pro : potiu, lege : potius.

Ibid., adn. ad Curc. 142 adde : *adficitur* <*ere*> Buechelerus, Leo.

P. 10, adn. ad Mil. 1025, post : *hoc cilium* libri, adde : *hoc Ilium* Gertzius, Leo. Tum in fine adde : *accedi* Gertzius, Leo.

Ibid., adn. ad Mil. 1026, adde : *Velis ut ferrem abs te* Leo.

Ibid., adn. ad Mil. 1030, adde : *tandem ades remeligo* Leo.

P. 11, adn. ad Mil. 1040, pro : *aliae. Idem*, lege : *aliae idem.*

P. 17, adn. ad Pseud. 236, adde : *pacto possim? Vince animum* Leo.

P. 18, Pseud. 1325, pro : ulciscor, lege : ulciscar.

P. 20, adn. ad Aul. 149-152, adde : *occidis* Weisius, *occidi* libri, Leo.

Ibid., adn. ad Aul. 713-714, lege : tertius ab *Equidem.*

P. 21, adn. ad Aul. 721, adde : Leo v. 721-725 in dimetros divisit.

P. 25, adn. ad Cas. 879, pro : AVESJF, lege : AVEJF.

Ibid., adn. ad Cist. 678, adde : *mei hómines, mei* Leo.

P. 26 adn. ad Cist. 698-700, adde : Leo dimetros dispescuit, correcto *illo* pro *illuc.*

Ibid., adn. ad Curc. 131, adde : *Tace,* <*ne*> — *Noli* Leo.

P. 29, adn. ad Pers. 782, pro : *quam ob rem* <*jam*> Ritsch., lege : *quam ob rem ejeci* <*jam*> Ritsch.

P. 32, adn. ad Poen. 1182-1183, adde : Leo dimetros tres (— *pulchre*, —*fuimus*, — *inridiculo*) et dipodiam (*habitae quod pol*) et paroemiacum discripsit.

P. 34, adn. ad Pseud 586, lege : — *nus obducam* omisso. Tum adde : Leo an trimetrum (— *si expugno*) et dimetrum discripsit.

P. 38, adn. ad Rud. 913. 914, post : *hodie pondo* libri, adde : Leo, fortasse recte.

P. 39, adn. ad Rud. 926, adde : Leo an. dimetrum cum an. dipodia (*Quidquid inest — reor*) et paroemiacum constituit.

Ibid., adn. ad Rud. 927, adde : Leo an. dimetrum cum an. dipodia (— *ut liber sit*) et paroemiacum (<*Nemo*> *ex populo praeter te*) constituit.

P. 40, adn. ad Stich. 329, adde : Sic jam Leo an. octonarium, admisso hiatu post *quidem*, constituit.

P. 42, adn. ad Trin. 823, adde: Leo an. septenarium constituit, *med* pro *me* et *suavissumam* pro *urbis cummam* corrigens.

P. 46, adn. ad Cas. 891-892, pro: v. 893 cum v. 893, lege: v. 892 cum v. 893. Tum adde: Leo an. octonarios discripsit, lacuna post *inruere* signata.

Ibid., adn. ad Cist. 688-689, adde: Sic jam Leo dimetros discripsit.

P. 47, adn. ad Men. 365, adde: Leo iambicum dimetrum (*Atque — tibi* fecit.

Ibid., adn. ad Men. 366, adde: Leo anapaesticam tripodiam catalecticam (*Ulla morast intus*) constituit.

P. 48, adn. ad Pseud. 601 et ad Pseud. 913, adde: Sic jam Leo dimetros discripsit.

P. 51, STICH. 326 a, dele: <is>.

Ibid., STICH. 326 b, pro: Tum haec, lege: Tun haec.

Ibid., adn. ad Stich. 326, post: *ubi est* ceteri libri, adde: Leo.

P. 53, adn. ad Trin. 264, adde: *ignorandu's*, *adhibendu's*, *abstandu's* Leo.

P. 54, TRIN. 279, pro: pra, lege: par.

P. 84, v. 14, lege: Klotz, *Grundz.*, p. 117.

P. 86, adde: Stich. 326, *ubĭ est*. Sic enim Leo libris ducibus scripsit neque *is* post *ubi* addere necesse est.

P. 107, adn. ad Cist. 218-220, adde: Leo, juncto v. 217, anapaesticum dimetrum cum an. dipodia, dimetrum paroemiacumque constituit.

Ibid., adn. ad Cist. 219, adde: <*id*> *dissuadet* Reizius, Leo.

P. 108, adn. ad Pseud. 1320, adde: Leo an. dimetrum (*— Ni*) et iambicum dimetrum catalecticum uno versu scripsit.

P. 110 adn. ad Trin. 238 a, adde: Sic jam Leo paroemiacum discripsit.

P. 111, adn. ad Stich. 1 a seq., adde: Leo, *Mus. Rhen.*, XL, p. 200, schema primorum quinque versiculorum hoc esse contendit: (˘) ‒ ˘ ‒ ˘ ˘ ˘. Nec vidit his versiculis a Panegyri dictis respondere versiculos a sorore dictos, Stich. 6 a, b, c, quos idem anapaesticas dipodias esse Klotzio duce animadvertit.

P. 112, adn. ad Cas. 161. 162, adde: Leo bacchiacum tetrametrum fecit.

P. 113, adn. ad Pseud. 1254, adde: Leo reizianum fecit.

Ibid., adn. ad Cas. 164 a, b, adde: Jam Leo an. tripodias catalecticas duas constituit, uno versu scriptas.

P. 114, adn. ad Cas. 735 seq., adde: Sic jam fere Leo, nisi quod priorem tripodiam catalecticam cum antecedente dimetro uno versu scripsit.

Ibid., adn. ad Cas. 753 seq., adde: Sic jam Leo quinque an. tripodias catalecticas A duce discripsit.

P. 115, adn. ad Cas. 843, pro: *planta<m>*, lege: *plantam*, et adde: *Malacum* A, Sch., G.-Sch. *melliculum* P, *malaculum* Geppertus, Speng., Leo.

Ibid., adn. ad Cas. 951 seq., adde: Leo creticum tetrametrum (*— fungier*) et trochaicos dimetros catalecticos duos (*— agam, — improbos*) et an. dimetrum (*— fugiam*) discripsit.

P. 116, adn. ad Men. 352 a, b, adde: Leo iambicum dimetrum cum anapaestica dipodia (*— fiat*) uno versu scripsit.

P. 117, adn. ad Poen. 1191 b, c, adde: Sic jam Leo an. tripodias catalecticas discripsit.

Ibid., adn. ad Trin. 287 a, b, adde: *Noctes* A, *noctesque* P, Leo. An. dipodiam cum an. dimetro (*— dies*) et an. dimetrum constituit Leo.

P. 118, adn. ad Curc. 96 seq., in fine, pro: Goetzius-Schoellius, lege: Buechelerus, *Mus. Rhen.*, XXXIX, p. 285, Goetzius-Schoellius, Leo.

Ibid., adn. ad Curc. 155 seq., adde: Buechelerus dactylicos hexametros catalecticos in syllabam statuit, Leo ionicos tetrametros catalecticos.

P. 123, § 4, adde: *Sed ecquis est* Cas. 951 a (trip. cat.) paeon quartus pro uno pede ponitur.

Ibid., § 5, in fine, adde: Eliditur contra Cas. 758 b (trip. cat.).

P. 127, v. 16, pro: peroemiaci, lege: paroemiaci.

P. 130, adn., pro: poroemiaci, lege: paroemiaci.

P. 142, adn. ad Cas. 725, adde: Leo an. octonarium esse vult, admisso hiatu post *ego*.

P. 144, adn. ad Men. 985, adde: *erus ob facta* Leo, qui iambicum septenarium constituit.

P. 145, adn. ad Poen. 1181, adde: Leo dimetros duos (— *Venerem*, — *duas*), admisso hiatu post *certo* et post *quidem*, discripsit.

P. 146, adn. ad Poen. 1191 a, adde: Leo dimetrum et paroemiacum (— *me*) dispescuit.

P. 147, Pseud. 232, pro: anima, lege: animo.

P. 148, adn. ad Pseud. 1132, adde: Leo trochaicum octonarium fecit.

P. 151, adn. ad Bacch. 617, adde: Leo anapaesticos dimetros duos, (*Nequior* — *quoi*, — *quisquam*) et iambicum dimetrum catalecticum discripsit.

P. 155, adn. ad Curc. 124, adde: Leo iambicum septenarium (— *danunt*) admisso hiatu post *tibi* et correcto *danunt* pro *dant*, constituit.

P. 156, adn. ad Most. 862, lege: Spengelius, *Reform.*, p. 255. Tum adde: *Sed ei* Leo, qui, deleto *fugiunt*, an. septenarium constituit.

Ibid. adn. ad Most. 888, adde: *Poteris* Camerarius, *poteres* libri, *potis es* Leo, qui trochaicum octonarium fecit.

P. 158, adn. ad Persa 775, pro: *oparest*, lege: *operast*. Tum adde: Leo an. septenarium (*Bene* — *amantem*) constituit.

Ibid. adn. ad Persa 799, adde: Leo an. octonarium (*Cui bene*— *istaec te*) fecit, *posteriūs* metiens.

Ibid., adn. ad Poen. 1180, adde: Leo an. dimetros duos dispescuit.

P. 159, adn. ad Pseud. 241, pro: ad. septenarium, lege: an. septenarium. Tum adde: Leo trochaicos dimetros duos (*It* — *cesso*, — *recocas*) constituit.

P. 160, adn. ad Pseud. 1264, adde: Leo an. dimetrum (*Ibi jam neque esse alium alii odiosum*) et dipodiam (*Nec molestum nec*) cum dimetro constituit.

P. 161, adn. ad Rud. 227, lege: Spengelius, *Reform.*, p. 163.

P. 164, adn. ad Bacch. 633 seq., adde: Leo trochaicum octonarium (*Reppuli* — *prodest?* <*Quom ipse veniet*>) restituit.

Ibid., adn. ad Bacch. 635 seq., adde: Leo trochaicos septenarios (— *novi* <*tuom*>, — *tantam;* <*eo quod amas tamen*>, — *rerum;* <*sin liber sies*>, — *te?* <*Non potest*>, — *nugae.* <*Vale*>, — *video.* <*Tace*>) restituit.

P. 168, adn. ad Cas. 647, adde: Leo, juncto v. 646, an. octonarium constituit.

P. 169, Cas. 814, lege: Di hercle.

P. 170, adn. ad Cist. 206 seq., adde: Leo, deleto *crucior*, an. dimetros (*Jactor* —, *In amoris* —) constituit.

P. 171, adn. ad Cist. 211. 212, adde: Sic jam Leo an. dimetrum discripsit.

P. 172, adn. ad Men. 355, adde: Leo an. dipodiam (*Inlecebra animost*) cum iambica dipodia (*amantium*) constituit.

Ibid., adn., ad Most. 89 a, adde: Leo bacchiacum tetrametrum, correcto *esset* pro *est*, restituit.

P. 173, adn. ad Most. 334, adde: Leo iambicum dimetrum (*Scio* — *modo*) et paroemiacum discripsit.

P. 174, adn. ad Most. 887, adde: Leo bacchiacum tetrametrum restituendum putat.

P. 174, adn. ad Most. 902 a, adde : Leo an. septenarium (*Ut — ne huc*) constituit.

P. 175, adn. ad Persa 773, adde : Leo quoque an. octonarium (*Bene mihi, bene vobis, bene meae amicae, optatus hic mihi dies datus hodiest*) constituit.

Ibid., adn. ad Persa 798, adde : Leo an. octonarium (*At — stultitiast*) constituit.

P. 176, adn. ad Poen. 1179, adde : Leo an. dimetros duos discripsit.

Ibid., adn. ad Pseud. 1114 seq., adde : Leo iambicum dimetrum (*Quom hic — adsiet*) cum trochaico dimetro catalectico (*— dabo*) uno versu scripsit.

P. 177, adn. ad Pseud. 1131 seq., adde : Leo trochaicum dimetrum esse vult.

Ibid., adn. ad Pseud. 1256, adde : Leo duo cola reiziana (*Quid — multas, Agere — hoc*) uno versu scripta, tum iambicum dimetrum (*Est — vitam amet*) constituit.

P. 180, adn. ad Trin. 294, adde : Leo, juncto v. 293, an. octonarium fecit.

Ibid., adn. ad Trin. 296, adde : Leo paroemiacum esse putat.

Ibid., adn. ad Trin. 298, adde : Leo, juncto v. 297, an. octonarium discripsit.

P. 181, adn. ad Truc. 448 seq., adde : Leo an. dimetrum (*— miserae*) et trimetros duos (*— sumus cruciamurque, — agito*) discripsit.

P. 183, adn. ad Aul. 155, adde : Leo bacchiacum dimetrum (*Sed — si*) cum an. tripodia catalectica (*quam — ducam*) uno versu scripsit.

P. 186, adn. ad Cas. 173, lege : *Reform.*, p. 354. Tum pro : paroemiacum, lege : an. dimetrum.

Ibid., adn. ad Cas. 646, adde : *Mea me ancilla* Leo.

P. 189, adn. ad Most. 333, adde : *<Ne>scis* corr. Gertzius, Leo.

P. 191, adn. ad Poen. 1179, adde : *aras tus* corr. Leo.

Ibid., adn. ad Pseud. 240, adde : Leo an. dimetrum (*— med esse ita ero*) cum iambica dipodia (*Nunc tu sapis*) uno versu scripsit.

P. 192, adn. ad Pseud. 950, adde : Leo paroemiacum et trochaicam tripodiam uno versu scripsit

P. 193, adn. ad Pseud. 1112, adde : Leo iambicum dimetrum (*Nec sermo — neque is*) cum trochaico dimetro catalectico (*— fui*) uno versu scripsit.

P. 197, adn. ad Truc. 128, adde : Jam Leo paroemiacum et iambicum tripodiam catalecticam agnovit, quae uno versu scripsit.

P. 198, adn. ad Cas. 171, adde : Leo iambicum dimetrum (*Jussin —*) cum an. dipodia (*Myrrhina salve*) uno versu scripsit.

P. 199, adn ad Men. 353, adde : Leo an. dipodiam cum an. dimetro (*Incendite — munditia*) uno versu scripsit.

Ibid., adn. ad Men. 364, adde : Leo an. dimetrum (*Omne — jussisti*) fecit.

P. 200, adn. ad Trin. 248, adde : Leo iambicum dimetrum (*Ibi —*) cum an. dipodia uno versu scripsit.

P. 201, adn. ad Cas. 752, adde : Leo an. tripodiam catalecticam fecit.

P. 202, adn. ad Rud. 925, adde : Leo trochaicum dimetrum catalecticum (*— repperi*). deleto *quiquid inest*, constituit.

Ibid., adn. ad Truc. 102, adde : Leo versum reizianum esse putat (*Consulta — advenerunt*).

P. 203, adn. ad Truc. 573, adde : Leo an. trimetrum (*— blanditia*) jam discripsit, tum addito *<paene>* ante *intulit* paroemiacum restituit.

P. 204, adn. ad Aul. 143 a, adde : Leo creticum tetrametrum (*Da — atque*) et trochaicam tripodiam (*— vis*), admisso hiatu post *mihi*, discripsit.

Ibid., adn. ad Aul. 145, adde : Leo trochaicam tripodiam, correcto *ted*, constituit.

Ibid., adn. ad Bacch. 652, adde : Leo trochaicos dimetros catalecticos duos (— *nisi*) et trochaicam tripodiam (*Habet* —) discripsit.

P. 206, adn. ad Cas. 889, adde : Leo trochaicam tripodiam esse putat.

Ibid., adn. ad Cas. 894, adde : Jam Leo trochaicum dimetrum catalecticum cum colo reiziano agnovit.

Ibid , adn. ad Cas. 895, adde: Leo iambicum dimetrum cum an. dipodia (*Omnem ordine rem*) uno versu scripsit.

P. 208, adn. ad Epid. 167, 170, adde : Leo trochaicas tripodias esse vult.

P. 209, adn. ad Men. 982 a, adde : Jam Leo clausulam reizianam (*Atque mihi id prodest*) agnovit.

P. 211, adn. ad Pseud. 1114, adde : Leo trochaicam tripodiam esse putat.

P. 212, adn. ad Truc. 100, adde : Leo v. 95-100 e paroemiaco et colo reiziano compositos esse putat.

P. 214, v. 13, lege : 280.

Ibid., adn. ad Trin. 241, adde : Leo, deleto *blandus*, paroemiacum constituit.

P. 216, v. 16, lege : 634.

Ibid., adn. ad Bacch. 631, adde : Leo trochaicum octonarium (*Quam — hinc*) trajecto *cenerat modo* constituit.

P. 217, adn. ad Persa 774, adde : Leo an. septenarium (*Ab dis — opera*) discripsit.

Ibid., adn. ad Pseud. 931, adde, Leo an. dimetrum (— *rogitas*) cum clausula reiziana, admisso hiatu ante *hominem*, discripsit.

P. 219, adn. ad Truc. 557, adde : *Ne apud nos non mundissimum sit* Leo, qui, ut videtur, bacchiacum trimetrum constituit.

P. 221, adn. ad Persa 777, adde : Leo an. septenarium (*Amanti* —) discripsit.

P. 222, adn. ad Pseud. 938, adde : Leo trochaicum septenarium (— *maleficum*) et an. tripodiam catalecticam discripsit.

P. 235, v. 9, lege : consenserunt.

P. 247, v. 10, lege : tetrametris.

P. 251, v. 30, lege : catalectica.

P. 261, Aul. 416, lege : nomén tuom.

P. 261, adn. ad Aul. 159, adde : Leo v. 159 e bacchiaco trimetro et colo reiziano compositum esse putat.

P. 262, adn. ad Aul. 437, adde : *qui angulos in* Leo.

P. 263, adn. ad Cas. 703, adde : Leo bacchiacum dimetrum catalecticum (*Nostro* —) cum colo reiziano uno versu scripsit.

P. 264, adn. ad Most. 894, adde : Leo iambicum dimetrum cum trochaica tripodia constituit.

Ibid., adn. ad Persa 850, adde : Leo an. dimetrum (*Mea* —) discripsit.

Ibid., adn. ad Pseud. 589, adde : Sic jam Leo reizianum versum discripsit.

P. 272, v. 5, lege : collocatum.

Ibid., v. 8, lege : constituerent.

CHALON-SUR-SAÔNE, IMP. FRANÇAISE ET ORIENTALE DE L. MARCEAU,
E. BERTRAND, SUCC^r